Iacobi Theodori Klein ... Historiae avivm prodromvs cvm praefatione de ordine animalivm in genere. Accessit historia Mvris Alpini et vetvs vocabvlarivm animalivm, MSc. ... / [Jacob Theodor Klein].

Contributors

Klein, Jacob Theodor, 1685-1759.

Publication/Creation

Lvbecae : Apvd I. Schmidt, 1750.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/s9m78zs8

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Klein. 1750.





0 ⅟ 9 ⅟

16/c

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30417508

42550

IACOBI THEODORI KLEIN
SECR. CIV. GED.
SOC. REG. LOND. ET ACAD. SCIENT. BONON. SODALIS

HISTORIAE AVIVM PRODROMVS

CVM PRAEFATIONE
DE
ORDINE ANIMALIVM IN GENERE.

ACCESSIT
HISTORIA MVRIS ALPINI
ET
VETVS VOCABVLARIVM ANIMALIVM
MSC.

CVM FIGVRIS.

LVBECAE
APVD IONAM SCHMIDT.
MDCCL.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO.

OMNIBVS. TITVLIS. EXIMIO.

IN.

ARTE. MACHAONIA.

PRAECELLENTI.

DOCTISSIMO. CONSVLTISSIMO.

DN. DN.

PETRO. CHRISTIANO. WAGNERO.

SEREN. MARGGR. BRAND. CVLMB.

A. CONSILIIS. AVLICIS.

ARCHIATRO.

ET.

PHYSICO. BAREITH. ORDIN. PRIMARIO.

IN.

HISTORIA. NATVRALI.

OCCVPATISSIMO.

FAVTORI.

ET.

AMICO. SINCERRIMO.

HAEC.

DE.

AVIBVS.

STVDIA.

DICAT.

COMMENDAT.

AVTOR.

PRAEFATIO.

De *animalibus* acturus HOMO & DOMINVS prout olerum ita et beſtiarum (*) cauſa non ſubeſt, quare nomina ab ipſo *Creatore* mihi impoſita (**) juraque ſingularia (***) multis paraſangis circumſcriberem; nec opus eſt, operoſe definire, quo nomine vocabulum *animal* mihi veniat. Cognitum habeo: *Animal corpore organico vivo præditum eſſe, quod libere loco in alium movere potens eſt* (****). Ejusmodi machinas vivas *Carteſii*, animalia vocamus, quæ vel ante oculos nobis poſita, vel juxta ſchemata propria in intellectu ad examen revocare parati; hoc autem ſine ordine perficere non poſſumus; qui ordo, ut fundamentum in *natura illorum* habeat, neceſſarium nobis videtur.

(*) Conf. *Pet. Lagerloef* de imperio hominis in beſtias, Upſal. 1691. 8. De *Galatheau*, Diſſertat. touchant l'empire de l'homme ſur les autres animaux & ſur toutes creatures ſublunaires, Paris 1676. 12. Regnum animale, cujus Rex *homo* eſt; *Wallerius* Diſſ. de hiſt. nat. uſu med.

(**) Geneſ. I, 26. 27.

(***) Gen.

(***) Geneſ. I, 26. 28. IX, 2. 3.

(****) Si mavis inter animalia, quæ beſtiæ ſunt, Te tanquam *animal rationale*, vel cum *Cæſare ad Ariſt. H. A. Lib. I. c. 16.* tanquam *animal nobile*, vel *Lib. V. c. 18.* tanquam *animal divinum* collocare, per me licet, & locum tuum, ad deſcriptionem animalis attentus, haud difficulter offendes, ſed caveas ne

Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis

in locum hominis ſuccedat. Proprietates enim animalium communes & univerſales ponuntur in eo, quod creſcant, vivant, ſentiant cum vi loco motiva.

Jam vero in *motu* animalium *fundamentum ordinis* naturalis inveniſſe confidimus; imo, quod animalia vitam agant, juxta liberum eorundem loco in alium motum tuto pronunciamus, cum inanimata corpora organica & commota determinatis legibus motus preſſe ſint ſubjecta.

Quodſi autem animalia libere ſe movere valent, conſequitur, adeſſe certas corporum partes, quibus mediantibus, tanquam inſtrumentis, libere ſe movent. Ejusmodi inſtrumenta pro fundamento ordinis naturalis inter animalia locavimus.

Nonnulla utuntur pedibus, vel ejusmodi corporum partibus, quæ vices pedum ſubeunt, & quidem vel in *terra*, vel in *aqua*. Quædam moventur in *terra* pariter ac in *aqua* pedibus, & in *aëre* alis. Plura repunt pedibus pluribus breviſſimis, flexubus ſe promoventia rectis, vel lamelloſorum quaſi ſquameorum per ventris longitudinem proceſſuum ope juxta terram viis rectis & obliquis, vel in altum juxta arbores, vel

ſimili

ſimili modo in *aqua*, aut in *terra* & in *aqua*. Alia moventur ſolum modo in aqua mediantibus pinnis; rurſus alia commotis dermatum teſtaceorum, tanquam conſtitutivarum corporis ſui partium, valvis, uti *diconchæ;* vel alio modo, ut *cochlides*, & *monoconchæ*, &c. vel certis anni temporibus motu uſque dum indeterminato, ut *urticæ*, *holothuria* proprie dicta &c.

Quæcunque igitur Creatura globi terraquei vel moribus modo dictis vel aliter ſe libere movendi facultatem non habet, *animal non eſt.*

Animalia, quæ in terra ſimul ac in aqua moventur, vel *duobus*, vel *quatuor pluribus*ve pedibus ſunt inſtructa, vel *carent* pedibus proprie talibus.

Animalia, quæ & in terra & in aqua pariter ac in aëre moventur, vel *duos* vel *quatuor* vel *plures* habent pedes; illa *aves*, hæc *vermes alati*, ſive *inſecta volatilia* ſive aliter appellantur. Animalia non niſi in aquis degentia pinnisque inſtructa, *piſces* (*) vocamus. Animalia, quæ non niſi in terra, regulariter quidem, moventur, rurſus vel *quatuor* habent pedes, vel *duos* vel *plures*, vel *carent* pedibus.

(*) Quaſi victum ſuum piſcantia, prout piſcatores dicimus, qui piſces venantur. Forte a πίω, bibo, quod continuo bibere videantur.

In

In genere itaque animalia juxta motuum ſuorum inſtrumenta ante cognita ſint, quam HOMO eadem ab invicem diſtinguere præſumat.

Obvia tunc ſibi habebit *bipedia*, *tetrapedia*, *polypedia*, *apoda*; habebit *volatilia*, *ſerpentia*, *reptilia*, *natantia* (*); nec ſollicitus erit de familia *amphibiorum* pro naturali animalium diſpoſitione, quod vocabulum multos quidem errores, nullum vero characterem eſſentialem animalis ſubminiſtravit. Quicunque ignoraret, quid ſibi velint homines poloni ſervitiis navigiorum frumento onuſtorum adſcripti, vulgo *Schuytnyckels*, quid Haloni, ſub vulgari nomine *Hallorum*, quid *urinatores* alii, non hæſitantes, ad inſtar canis aquatici, in aquas ſeſe præcipitare, ipſi vitio non verterem, ſi tales homines forte pro Neptunis vel pro amphibiis haberet, et juxta lutras Caſtoresque collocaret; Interim tamen amphibiorum *genera vitæ* ad ſpecialem ſingulorum hiſtoriam omnino pertinent, eadem ratione, qua volutationes porcorum in cœno ad *ſues*, mundities vero ad *muſtelas* (**).

(*) Graditur quadrupes; avis volat; reptile ſerpit; Quodcunque volat, ambulat, at non viciſſim, quodcunque ambulat, volat -- Alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe natura voluit; alias volucres cælo frui libero; ſerpentes quasdam, quasdam eſſe gradientes. *Cic. Tuſc.*

(**) Poſtquam ad manus mihi venit Dn. D. *Joh. Gottſch. Wallerii* Upſalienſis Diſſertatio de hiſtoriæ naturalis uſu medico 1740, doctiſſimum *autorem* mecum ſentientem legi §. III: „Evidens hinc eſt, notas *characteriſticas* — „debere eſſe α) conſtantes & perennes, β) completas, γ) quantum poſſi„bile ab externa facie deſumtas, δ) minimo negotio ſenſibus obvias.„ *Conf.* ib. §. XIV.

Hacte-

DE ORDINE ANIMALIVM.

Hactenus præter *Quadrupedum Historiæ Prodromum*, animalia nonnulla, quæ carent pedibus proprie dictis, in aliqualem ordinem redegimus: Vermes nimirum marinos in *tubulis* victitantes; animalia itidem marina, quæ ab *echinis* nomen sortita sunt; nec non *testacea;* porro *crustata* nonnulla, quæ *polypedia;* tandem in altum maris adscendimus, flumina etiam ac lacus frequentati, satis amplam copiam *piscium* circumretivimus, quos demum secundum naturalem, quo se sistebant, ordinem, aquis restituimus, postquam cum aliquali fiducia comprobaveramus: pisces neque surdos nec mutos esse.

Pro quadrupedibus *duos* ORDINES cogitatione depingimus:

I. Pedibus cheliferis (*). Horum

Famil. 1) MONOCHELA sive ONOCHELA (ὀνοχηλεω, pedem asininum habeo) ut Equus, Asinus &c.

2) DICHELA, pedibus in duas chelas fissis (διχηλεω, ungulam habeo bisulcam) *Levit. XI.* mit gespaltenen Klauen; Cervus &c.

3) TRICHELA: Rhinoceros (*a*).

4) PENTACHELA: Elephas (*b*).

(*) Communiter animalia ungulata dicuntur, quæ vel solipeda vel bisulca; illa & solidungula vocantur; hæc ungula divisa; improprie autem bisulca audiunt, cum in ungulis non nisi unus sulcus intercedit, tegmine pedum corneo quasi in duas partes scisso. Animalia quadrupedia pedibus *cheliferis* sive *ungulatis* nobis dicuntur, quorum vel *pedum extrema* vel *digiti* pedum *undique chela cornea circumvallata.*

(*a*) Conf. *D. Parson* in *Transf. phil. anglic.* No. 470. & nostram Dissertat. vom Nasehorn, lect. in *Societate Gedan. 1. Maji 1748;* improprie tamen *trisulcum* dixeris animal, quod ungula non nisi *bis sulcata* vel fissa videtur.

(*b*) De quo *Plin.* & *Arist.* „Digiti in pedibus informes, numero quidem *quinque*, „(in *anterioribus* pedibus) sed indivisi ac leviter discreti, ungulisque non un„guibus similes, " in *posterioribus* pedibus, si rite deteguntur phalangæ digitorum, quatuor ungulæ apparent; sic pedum anteriorum ungula quater, posteriorum ungula ter sulcata; prout curatius observavit celebris Anatomicus, doctissimus *Dn. Wilde*, M. D. Acad. Imp. Petropolit. Membrum & Anatomiæ Prof. P. Vide pluribus cit. Dissertat. nostram de *Rhinocerote*.

II. Pedibus digitatis (*). Horum

Famil. 1) DIDACTYLA; Camelus &c. (*a*)

2) TRIDACTYLA.

3) TETRADACTYLA.

4) PENTADACTYLA.

(*) Digitis unguiculatis; vel unguibus, tanquam digitorum extremis apicibus, prominentibus; vel quorum digiti superius tantum unguibus ad exitum tecti.

(*a*) De cujus pedibus memini me alio loco egisse (Quadrupp. hist. prom. prodr. pag. 7. nota n.)

In præsentiarum animo constituimus *bipedia aligera* sectari; quotquot horum in libero aëre irretire integrum nobis erit, totidem ordinate ab invicem distinguere propositum tenemus.

Cum autem nostra referat, utrum AVES originarie (ut loqui solemus) ex *aqua*, an vero ex *terra* ortum traxerint, earum veram originem in historia rerum omnium primæva ante percontabimur, quam *Alitum genera* in ordinem adducamus & disquiramus, quænam aves ante hyemem turmatim nostris regionibus se avertant, vias camposque peragrantes & deerrantes in itinere per circulum stationes suas verno tempore attingant rursusque ad nos accedant? e contra, utrum, & quænam aves, in *alias* mundi *plagas* facto ipso migratoriæ sint; denique ubinam plurimæ *hybernent*, in specie *Hirundines* et *Ciconiæ*.

Bene-

Benevolus LECTOR rerumque usu prudens ipse judicet, quam difficile sit, autores in regno animali toties sibi contradicentes vel intelligere vel conciliare, varietates speciebus distinguere, figuras, plerumque mutilas vel proletarias, dijudicare aut corrigere, & quæ difficultatum plures. Hinc veniam me impetraturum spero, sicubi valde dubias, aliquando fabulosas, aves tandem rejecerim, vel in medio reliquerim, usque dum usus reapse experiundo aliter me docuerit.

Operam dabimus, ut adæquata nomina generica, & quæ etiam vernaculæ linguæ accepta, vel retineamus, vel nova construamus, iisdemque probata cognomina sive latina sive germanica & synonyma specierum subjungamus ex scriptis talium autorum, qui hanc vel illam avem melius descripserunt, aut meliorem hujus vel illius figuram nobis tradiderunt.

Ubi necessitas postulaverit, pro dilucidatione historiæ hunc vel illum autorem introducere, eorum ipsa verba retinebimus, quod plures non in omnium manibus sunt, & ne suspicio in nos cadat, acsi alicujus scripta per inscitiam interpolaverimus, vel mentem autoris adsecuti non simus; juxta aves vero vel pueris familiares brevitatis erimus studiosi, quod temporis ratio brevia quidem intervalla pro otiis nostris concedit, crassa & suffarcinata volumina conscribere vetat; sub mentem quoque venit monitum *Listeri* de Aldrovando ad *Rajum:* „Id moris est hominum, immensam lectio„nem & industriam ostentare malumus, quam accuratissime „paucis, eisdemque nostris, sapere. „ Vereor tamen, ne

modo laborem, ac quidem juxta alia opuſcula, in hoc ſtadio contrahere integrum mihi foret.

Sunt, qui nimis immorantur inquiſitionibus, ut acu tangant *eſcam*, qua diverſæ aves utantur, quam tamen non ſemper attingunt; inſuper immemores, quod permultæ variis obſoniis delectentur, plurimæ autem herbi- & frugivoræ aves tanta copia ſilicum, glarearum arenularumve opus habeant ad triturationem ſive concoctionem, quanta vix indigeant eſcæ ad ſuſtentandam vitam; illi vero tramite longius aberrant, qui ab avium *eſca* earundem ordines naturales derivandos ſtatuunt.

Ab aliorum conſiliis alieni propoſitiones noſtras nemini tanquam erroribus vacuas obtrudimus. Pergratum nobis erit, ſi in *ſubſidium veritatis* candidus LECTOR illis obruſam adhibere, & deprehenſis dubiis, nævis vel erroribus cauſam ipſam in clariore luce exponere non dedignabitur; cum quidem nemo mortalium vel ſolus omnes & ſingulas aves ubicunque locorum, prout nec omnes piſces omnesque beſtias terræ cognitioni ſuæ ad amuſſim ſubjicere poſſit;

- - - non ego paucis
offendar maculis; quas aut incuria fudit,
aut humana parum cavit natura.

Vale, LECTOR BENEVOLE, & confice rem, quam quidem inchoatam omnibus numeris perficere non potui, ut ſcientia & delectatione ſatieris in *Summi Numinis gloriam.* Scripſi IV. Nov. 1745.

INDICVLVS AVTORVM.

Academia Reg. Scient. Paris.
Acosta Tract. de las Drogas, en Burgos 1518.
Acta liter. Sueciæ.
Acusia (Car. d') de Capre; Falconaria.
Ælianus H. Anim. *Gillii.*
Agricola de subterraneis.
Aitinger Bericht vom Vogelstellen; 1653.
Alb. M. de falcon. astur. & accipitribus 1596.
Albin's natur. History of Birds I. II. III.
Aldrov. de avibus; Ed. Bonon.
Algemeine Histor. der Reisen.
Anacreon.
Anderson Nachrichten von Island ꝛc.
Anti-Lucretius (Card. *Polin.*) Lips.
Aristophanes.
Aristot. H. Animal.
Augustinus in Exod. -- Hexaem.
Aviarium Bareithan. Aves ad vivum pictæ.
Baltneri icones avium.
Bazin Disc. pourquoi les bêtes nagent naturell.
Belon; Plusieurs singularités &c. 1588.
—— Idem ex vers. Clusii.
—— Hist. de la nature des Oiseaux. 1555. fol.
—— Portraits d'Oiseaux, animaux &c. 1557. 4to.
Benzon; nova novi Orb. hist.
Bericht von Groenland S. V. V.
Beschreibung des Ober-Ertz-Gebürges; C. L.
Besleri, Basil. contin. rariorum 1622.
—— *Lochneri.*
Bocharti Hierozoicon.
Bodini univ. nat. theatr. 1605.
Bontius apud Pisonem.
Bougeant (le Pere); auteur de l'amusement sur le langage des bêtes.
Bourghet sur l'hist. de petrificat.
Boyle (R.) in præfat. ad Chem. Scept.
Breston, in Trans. anglic.
Browks (H.) voyages.
Cæsar ad Aristotelem.
Caji, rar. anim. historia.
Candish; Journal van drie Voyagen.
Catalog. avium Imper. Mus. Petrop.
Catesby nat. Hist. of Carolina &c.
Chardin voy. en Perse; 1735.
Cicero, Tuscul.
Clusii exotica.
Cnoffelius in Ephem. N. C. G.
Columella de cultu hort. cum cœna B. Fieræ.
Condamine, relat. abr. d'un voy. de l'Amerique.
Cospianum museum.
Cyprianus ad H. nat. *Frantzii.*
Dänscher Mission. Berichte.
Dale; Hist. and antiqu. of Harwich &c.
Dappers America.

Derham phyſ. theol.
Diodorus Siculus.
Dugloſſi Polonia.
Eberi (P.) appellat. quadr. inſect. volucr. &c.
Edward's nat. Hiſt. of Birds. I. II.
Egede Deſcription of Greenland.
Eſparon Falconaria, 1617.
Faber de plant. gen. animal. 1666.
Fabritius de rebus metall. 1665.
Feuillée journ. des Obſerv. phyſ.
Flaccus (*Valerius*).
Franchiere (*Jean des*) Fauconnerie, 1567.
Frantzii hiſt. anim. ſacra.
Fridericus II. Imp. de arte venandi cum avibus, 1596.
Friſch Vorſtellung der Vögel.
Fulgoſus apud *Geſn.* tit. Ciconia, & ap. *Prætor.* de Crotaliſtria.
Galatheau l' empire de l'homme ſur les animaux.
Gaza interpres Ariſtot. hiſt. animal.
Geneſis *Moyſis.*
Geſnerus de avibus.
Gillius in Æliano & in re accipitraria Demetrii.
Gratianus de vita Commendoni.
Grew Muſeum regale.
Gmelin Floræ Sybiricæ I. in præfat.
Guarini vocabular. breviloq. 1494.
Hamburgſche Beyträge ꝛc.
Harlejana miſcellanea.
Hernandez anim. mex. hiſt. & rer. med. theſ.
Heſſe itinerarium.
Heſychius, poëta.
Hevelius in Tranſ. anglic.
Heydt (J. W.) Schaupl. von Afr. und Oſt-Ind. 1741.
Horatius, poëta.
Johnſon, in literis philoſoph. ad *Rajum.*
Jonſton de avibus.
Joſephi hiſtoria.
Journal des Sçavans.
Iſidori Orig.
Keyslers neueſte Reiſe ꝛc.
Labbat voy. d'Amerique -- d'Afrique v. *Marchais.*
De Laet novus orbis.
Lageloef de imperio hominis in beſtias, 1691.
Leben König Carl *XII.* fol.
Lemery Diction.
Lentilii memorabilia Curlandiæ.
Lettau de Ciconiis earumque propriet. 1679.
Lilienthal Geſchichte der erſten Eltern.
Linnæi Fauna Suec. -- & in actis Suecicis.
Liſterus in literis philoſ. ad *Rajum.*
Longolii Dialogus de avibus; 1544.
Maji hiſtoria animal.
Maillet deſcript. de l' Egypte, par *Maſcrier.*
Marchais voy. en Guinée; par *Labbat.*
Marggravius apud *Piſonem.*
Marſilli, Opus Danubiale.
Martens Noordſche Weereldt.
Merianæ metam. inſect. Surinam.
Molineux in Tranſ. anglic.
Munk Bericht von Groenland.
Mundellæ (Aloy.) epiſtolæ.
Natural Hiſtory of *Song-Birds*, 1738.

Nie-

Nieremberg historia naturæ.
Niurenius, Bericht von Lapland.
Nonnii (Lud) Diæteticon; 1646.
Olai M. res septentrionales.
Olina, Uccelleria; 1684.
Oppianus.
Oviedo (Venc. de) hist.
Pechlinus de aëris & alimenti defectu & vita sub aquis.
Philosophical Transactions.
Philostratus.
Piso de Indiæ utriusque re naturali.
Plinius, H. N. *Harduini.*
Plutarchus.
Poliniacus (Cardin.) v. *Anti-Lucretius.*
Prætorii Crotalistria tepidi temporis hospita.
Preston in Transf. anglic.
Quincy, memoires sur la vie de M. le C. de Marsilli.
Raji Synopsis avium.
Redi experimenta circa res natur.
Reinbecks Augsp. Confession.
Rochefort, des Isles Antilles.
Rudbeck (Ol.) in actis Suec.
Rzączynski hist. nat. Pol. I. II.
Salmasius ad Plin. & Solin.
Samlung aller Reisebeschr. v. Allgemeine Historie ꝛc.
Schefferi Lapponia.
Scheuchzeri physica sacra.
——— ——— Jobi.
Schotti physica curiosa.
Schwenkfeld Theriotr. Silesiæ.
Schweigger (Sal.) Reisebeschr. 1664.
Sebæ rerum natural. thes. I. II.
Schauw voyages.
Sibbaldi Scotia illustrata.
Sloane voyages to Jamaica &c.
Spectacle de la nature.
Stubbes in transact. anglic.
Swalbach de ciconiis, gruibus & hirundinibus.
Tardiff (Guliel.) fauconnerie, 1567.
Tertre (du) des Isles Antilles, 1667.
Tostati quæstiones in Genesin.
Turneri avium præcip. hist. 1543.
Thymnæi Anthologia.
Valentini mus. mus.
Varro de re rustica.
Velez (Fr.) historia de los animales, 1613.
Venetus (M. P.)
De Vries in notis ad Martensium.
Wallerius (J. G.) de hist. nat. usu medico, Ups. 1740.
Wegner Dissert. de avium origine.
Willughbeji Ornithologia.
Wormii museum.
Zorgdragers, Groenl. Fischerey.
Zorn (J. H.) Pethinotheologie.

OPERIS

OPERIS RATIO.

Pars I. De Origine Avium.

II. Ordo Avium.

III. Hybernacula Avium.

Acceſſit Hiſtoria *Muris Alpini*, & *Vocabularium*, complectens Nomina quorundam Animalium Seculo XIV frequentata.

I.

DE ORIGINE AVIUM

VTRUM AVES E TERRA AN VERO EX AQUA SURREXERINT?

§. I.

Nonnulli Hebræorum volucres partim ex terra partim ex aqua derivarunt; Christiani antiqui earum originem ex aqua trahunt. Superioris et moderni ævi viri docti admodum celebres ratiocinati sunt, avibus terram, prout quadrupedibus et serpentibus, competere. Causa hæc dubia nullum quidem fidei articulum ferit; valde tamen dolemus, quoties legimus vel cum mœrore auribus nostris aliquando percipimus, rursus quosdam, summam præ se ferentes sapientiam, Historiæ Creationis illudere adeo, ut per integrum vitæ suæ curriculum palam adflictus revelationum divinarum primarius autographus Moyses in perpetuum exagitetur, imo nonnunquam ad ludibrium ponatur, ac si nihilum magis superficiarie nihilque magis inordinate literis suis mandaverit, quam Creationis historiam. Exsortes simus & malitiæ religionis contemtorum et incogitantiæ aliorum, qui ita judicant. Pio etsi indocto Christiano sufficere potest, cœlum & terram, hancque juxta principia rerum ex solo sicco et aggregatis fluctubus coadunatam, una cum exercitibus suis tanquam gloriosa

Creatoris facta, DEVMque ex operibus ſuis ad verbum revelatum agnoſcere; Vſu rerum prudentem decet, ut in gloriam AVCTOCRATORIS creatarum rerum majorem pro viribus ſuis habeat curam, in aliorum ſcrutinia conſiderate animadvertat, inque eo tandem acquieſcat, quod veritate non ad ſpeciem utatur.

§. II. Cauſam itaque propoſitam ante ſatis cognitam habeamus, quam ad Avium ordinem naturalem nos accingamus, et hybernacula plurimarum inveſtigemus. Ad amuſſim conſideratam hanc cauſam *Hiſtoriæ avium* omnino poſtulat, quod quævis hiſtoria jure meritoque a rerum ſuarum principiis initium ducere debet. Neminem latet, quid ſibi velint *animalia terreſtria*, quid *aquatilia*, et unde ſit, quod illa non in aquis, hæc vero non in ſicco vel ſub terra vitam trahant, non obſtantibus erroneis principiis, e. gr. de *muſtelis foſſilibus* (*); Sic quoque novimus, ad minimum ex hiſtoria creationis non pro re incognita habemus, quæ de aliorum animalium, imo de plantarum ortu, revelata et relata deprehendimus. Noſtra imprimis intereſt, certo ſcire, fabricam corporis noſtri ex terra confectam, nosque rurſus in terram redigi, ut aliquando eviteſcamus; quare igitur lubenter ignorare cupiamus primævam plane ſingularium animalium hiſtoriam, non ſolum terram ſed & aquam & æquora pariter ac aërem frequentantium? Jucundiſſimas et palato noſtro ſapidiſſimas aves in tricliniis laudamus, quibus utique prout oleribus libere frui licet; quidni igitur tantillum ſapere velimus, ut in gloriam benigniſſimi Creatoris grata mente operis ſui memores ſimus. Non morabor juxta homines, quibus perinde foret, noſſe, utrum SOL, dux & moderator luminum & caloris ex Euri an vero ex Favonii tabernaculis prodeat, tali ſcientiæ temere irridentes. Sane tales homines me minime interturbabunt in disquiſitione, an cum illis ſentiam, qui aves ex terra, an vero cum aliis, qui volucres ex aqua originarie trahunt.

(*) *Miſ. IV de piſc. §. XXX.*

§. III. Jam de avium ortu ſolliciti, in ſtrata nobis via ambulemus, nullum enim aliud me judice originis fundamentum habemus, quam ipſam operum Creationis diem quintam, *Gen. I. 20.* Moyſi DEVS concredidit in ſcripturam redigendi, omnibus numeris abſolutam, Gratiæ ſuæ opus. Intereſt Optimi Maximi Gloriæ et Honoris, *Moyſen* perfecta rerum doctrina inſtructum fuiſſe, quas poſterorum memoriæ mandavit. Intereſt et ſapientiæ divinæ, ne locus aperiatur ſuſpicioni, unde anſam quærant homines,

nes, *sextupla* Creationis *pensa* inter se confundere, quæ DEVS solemnibus articulis in Ephemeridibus creationis ab invicem distinguere jussit *Moysen*. Quicunque contravenerint factis, suæ Censuræ nullum jus nullam potestatem allegare possunt. *Adamus* oculis suis non observavit animalia ante existentiam sui procreata, et unde fuerint producta, consequenter primævam eorundem historiam ex intelligentia sua ad imaginem intellectus divini, sive ex revelatione DEI, forte tempore lustrationis animalium, cognitam habuit; sed non constat, utrum primus homo omnes circumstantias, quas Moyses connotasse jussus, non ignoraverit, et utrum eadem historia post lapsum in omnibus punctis per traditionem, satis quidem probabilem, ad usque *Moysen* pervenerit, cum ipse nullam mentionem faciat, se id, quod scripsit, ex traditione patrum tenere, quod potius verbis simplicissimis, ac si ipse juxta principia rerum præsens fuisset, primævam historiam incipiat: In principio creavit Deus cœlum & terram; nulla itaque suspicio locum habet, *Moysen* sextupla opera DEI ita narrasse, ut opus habuisset, vel circa unicum animalium genus AVIVM quasi in dubio relictum, mentem suam, ut nonnulli loqui amant, a tergo explicare.

§. IV. Secundum *Bochartum* (*) verba *Genes. I. 20* et volatilia super terram in facie expansi cœlorum, *sic interpretanda:* et volucres volent super terram in facie expansi cœlorum; tunc non involvent sensum, quod aqua produxerit aves, sed, cum aves volare super terram jusserit DEVS, sequeretur, volucres *e terra* prodiisse; alias DEVS pronuntiasset, ut super aquam non super terram volarent; imo, *Moysen* per se ipsum explicandum esse, statuit *autor Gen. II. 19* ubi expressis verbis loquatur: Deum non solum varia animalia campestria, *sed et volucres e terra procreasse;* cui sententiæ præter magnorum nominum alios subscripserunt doctissimus *Reinbeckius* (**), *Lilienthalius* (***) et de historia avium optime meritus Dn. *J. H. Zornius* (†). *Mercerus* verba *versus 20* interpretatur: Producant aquæ reptile animæ viventis *et volucrem* volantem super terram. *Alii:* Proferant aquæ copiose reptilia animantia, et volatile volitet super terram in expanso cœli. Ex *Arabe:* voluit Deus ut ambularet ex aqua ambulans habens animas viventes, et volucre volans super regionem firmamenti.

(*) *Hieroz. I. c. 9. p. 55.*
(**) A. Conf. I Th. XIV Betracht. p. 230.
(***) Gesch. der ersten Eltern add. ad cap. V. p. 191.
(†) Petinotheol. I Th. cap. II. §. V.

§. V. Ad veritatem itaque (prout deſcribi ſolet) nudam vel in tenebris apprehendendam adnitar, eandemque, quod non indiget pallio romano, vel ſimplici inventam linteo, a dignitate tamen non alieno, adficere paratus. Si non pudefacta perſtat, bonum opus fecerim, ſi nuda aufugit, tela manet mea, quam nemo me invito tollere mihique ſubtrahere præſumat.

§. VI. Vtique DEVS, ut bene monet Dn. *Zornius*, impulit *Moyſen* ad conſcribendam creationis hiſtoriam; impoſſibile igitur eſt, ut ſibi ullo modo contradixerit *hiſtoricus*, prout recte argumentatur *Idem*. *Moyſes* capite I integram hiſtoriam et ſingula opera, quæ ſua DEVS eſſe voluit, ordinatim pro gloria et dignitate Creatoris recitavit. Voluit Spiritus DEI, DICTATOR, ut frontiſpicio ſingulorum operum inſcriberet verba potentiſſima: ET DIXIT DEVS! ſecundum quæ omnia facta ſunt, quæ exſtant, utque ſingula penſa concluderet verbis: Factumque eſt veſpere & mane dies unus - ſextus. Cœlum itaque et terra cum indigenis facta ſunt per verbum: Dixit DEVS, et quodcunque ſingulis diebus dixit Deus, id ipſum extitit momento, nullamque licentiam habuit hiſtoricus a Spiritu Dei agitatus (quam quidem nos ſpontanei ſcriptores ſæpiſſime nobis ſumimus) hoc vel illud in ipſa de principiis rerum omnium hiſtoria quaſi lævi manu & ſuperficiarie recitare, vel tanquam oblita quædam juxta penſa quotidiana a tergo interpolare & tamen vix intelligibilia reddere. Prout verbum Dei ſic opera ejus ſunt perfecta; ὅσα ἂν λέγει θεὸς ἐ ῥήματα ἀλλ' ἔργα ἐστὶ; nihil dicit Deus, quin verba ſua jam facta ſint.

§. VII. Nonne ſic! DIXIT DEVS I Fiat Lux, et immediate facta eſt Lux. Dixit quoque Deus: II fiat Firmamentum et appareat III Arida, et factum eſt ita; et ait: germinet terra herbam virentem - et factum eſt ita. Dixit quoque Deus: Fiant IV Luminaria in firmamento cœli - et factum eſt ita. Dixit quoque Deus: VI *producat terra* animam viventem in genere ſuo, jumenta, reptilia et beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas, factumque eſt ita, et fecit Deus *beſtias terræ*. Quodcunque igitur Deus in diebus memoratis dixit, id illico factum eſt ita, & non aliter; in ſpecie die VI ante hominem, qui ultima creatura, nominatim jumenta reptilia et beſtias terræ ſecundum genera et ſpecies ſuas offendimus, quæ *terra* produxit. Supereſt Dies V, qua die DIXIT DEVS: producant *aquæ* reptile animæ viventis (quod in aqua moveatur et vitam agat) et volatile ſuper terram ſub firmamento cœli - creavitque Deus *omnem* animam - motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas et omne

omne volatile ſecundum genus ſuum; benedixitque eis etc. Duo genera ſumma, quæ in diverſo fluido motabilia ſunt: Piſces ſcilicet, teſtacea et quæ reliqua, in aqua (in fluido aqueo) et volatilia, in ſpecie volucres in ſuperficie vel aquæ vel terræ; cum facultate volandi in aëre (in fluido aëreo) partim non niſi in ſuperficie terræ et in aëre motabiles (*). Sic aquam aves natura ſua adeo non averſantur, prout animalia quæ produxit arida (terra vel ſiccum); quin et notabilis appareat differentia inter *hæc* et *illas*, qua interanea partesque corporum analogice cum piſcibus comparandas. Pinnas quippe piſcium laterales, caudam remigem, ſquamas & veſicam aëream referunt AVIVM alæ, caudæ remiges, plumæ pennæque et ſingulares præ reliquis animalibus pulmones; ſic et aves uti piſces, non prout quadrupedia diverſis, ſed unico meatu externo & lotium et ſtercus excernunt. Nonnulli piſcium motum in aquis et volatum avium reptatum (**) vocant; quod non eſt hujus loci.

(*) *Gloſſa Bibl. Londin. 1672:* The fiſh and fouls had both one beginning; wherein we ſee, that nature giveth place to Gods will, foras much as the one ſort is made to flie above in the aire, and theother to ſwim beneath in the water, vid. *Gentleman's Magazine vol. IX p. 229. ibi:* Extract from the philoſophical amuſement on the language of Beeſts: They (fiſhes and fowl's) all ſeem to have been formed nearly upon the ſame model. Some fly, others ſwim; but flying and ſwimming is one, and the ſame thing; the Element is alone different. Jt is writen in *Geneſis*, that God created at the ſame time the Birds and Fiſhes from the Boſom of the waters.

(**) Vid. *Prodrom. Hiſt. Quadrup.* ibi de Amphibiis p. 26. Nonnulli Eruditorum ex pronunciatis Dei Ter Optimi verbis argumentantur: Deum, circa ſeparationem aquae ab arida, *facta ſeminia* animalium et plantarum aquae et terrae commiſiſſe, quae animalia pariter ac plantae ſuis locis et diebus ad potentiſſima verba Dei ſuper terra et ſuper aqua apparuerint. Cui ſententiae eo libentius ſubſcribo, quod Creationi, ſi animo recte cognitam habemus, eo ipſo nihil decedit, quin potius DEI potentia et ſapientia glorificentur, quippe creata ſeminia animalium etc. terraeque vel aquae commiſſa teſtimonium ferunt non ſolum de omnipotentia ſed et de Providentia Creatoris, cui omnes res creatae uno momento praeſentes fuerunt ante jam quam, non quidem promiſcue nec praepoſtere ſed ſecundum beneplacitum Sapientiſſimi, in dictis diebus ad verbum omnipotens ſuper aquam et terram ſurgere juſſae illico comparuerint; cum e contra DEVS metalla et reliquos quos appellamus theſauros viſceribus terrae mandavit deliteſcentes, unde homines, ex providentia Dei, ejusmodi gazas aliquando et ſucceſſive, nec ſine labore, in ſui nominis gloriam et cultum, commodaque humani generis (non obſtante damnabili abuſu) extraherent; quas, ſi placuiſſet Sapientiſſimo Creatori, prout gramina lapidesve vulgares, ſuper tellurem evocare potuiſſet. Conf not. c) ad *Cappellerii Epiſt. p. 7.* Nomenclatori lithologico praemiſſam. Sed ecce; Singularis exinde nuperrime enata cujusdam opinio juxta corpora petrefacta eorumque partes ex regno animali et vegetabili; quod ſcilicet nonnulla animalium et plantarum diebus indictis ſero venientia non ſurrexerint ſuper terram, hinc vita privata et ſucceſſu temporis lapidefacta fuerint. Autori ejusmodi luſus ingenii vel inviti relinquimus.

§. VIII. Palam itaque eſt, quinta Creationis die DEVM cum animalibus opus ſuum habuiſſe, quæ ex *aquis* creavit. Appellavit hæc animalia vel reptilia i. e. *piſces*, in ſpecie balænas, et omnem animam in aquis motabilem, vel volatilia i. e. libere in aëre motabilia, avesque ſecundum genus ſuum, benedixitque eis ſimul, dicens: Creſcite et multiplicamini et NB. *replete aquas* maris, avesque multiplicentur ſuper terram, et factum eſt veſpere & mane dies quintus. Qui connexionem harum rerum ignorare nolunt nec præjudicio indulgent, ſponte cum *Majo* (*) fatebuntur: aut de avium origine ſermonem hic eſſe, aut nullibi illam memorari; minime enim concedent id, quod concedi ſibi vult *Bochartus* (§. IV.) non de creatione, ſed de volatu tantum avium loqui *Moyſen*, quia mox ſubjicit: creaſſe - et omne volatile, et nec verbulo quidem mentionem facit originis avium e terra; Dixit enim DEVS: producant aquæ reptile et volatile. Sic *Moyſes* die V non de animalibus, quæ terra, ſed quæ aquæ produxerant, agere debuit, et demum VI die terreſtria appellavit animalia, ſine ulla avium mentione. Nihil autem eſt factum, quod DEVS non appellavit, nihilque extra ordinem ſibi propoſitum creavit: Non II ſed I die lucem; firmamentum non I ſed II; luminaria non III ſed IV die; herbam non IV ſed III; ſic et animalia terreſtria non V ſed VI die, et rurſus animalia, quæ produxerunt aquæ, non VI ſed V die. Quæcunque vero ſunt creata, facta ſunt per æternum verbum DEI; DIXIT DEVS. Neceſſe itaque eſt, aves vel jam præſentes fuiſſe die Vta, quum DEVS ipſis volandi facultatem conceſſit, iisque nomine tenus benedixit, *verſu* 22, vel nondum adfuiſſe, ſed ſequenti demum, VI nimirum die ex terra prodiiſſe, *qua die* DEVS reliqua *omnia animalia* appellavit, *præter aves*. Ultimum nemo dixerit, niſi quintam rerum creatarum diem cum die ſexta confundere velit (§. III). Unde eſt, quod et amiciſſimus *Lilienthalius* utique aves V jam die creatas pronuntiaverit (§. IV). DEVS eſt ordinis autor, non confuſionis, et libere agit. Quam magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in Sapientia feciſti. Si ſapientiæ divinæ congruum fuiſſet, aves ex terra producendas, dixiſſet: Producant aquæ piſces, et terra volucres, volantes ſuper terram. Sic *Moyſes*, divinus hiſtoricus, non tantum de volatu *verſu* 20 ſed etiam et primario de origine avium locutus eſt (**). Quodſi vel profanus hiſtoricus in principio hiſtoriæ res ſingulares adeo obſcure, prout de *Moyſe* dicitur, et citra intellectum proponeret, ſatis

craſſo

crasso vitio id ipsi verteretur. Sed mittimus hoc, cum nonnulla supersunt ponderanda, quæ contra textum *Gen. I. 20* inferri solent.

(*) Hist. anim. I. c. 1. p. 3.

(**) Perinde est, utrum *Lutheri*, an vero *vulgata* aut *Bocharti* interpetratione utamur; vel si legamus: Volucres autem volant super terram, prout volunt Dn. *Reinbeckius* et Dn. *Zornius*. Neutra historico a Deo docto contraria est; nec ullam contradictionem involvit: Pisces ortum ex aqua trahentes in aqua se multiplicent, aves autem, similem ortum habentes, multiplicentur in terra; prout nec contradictorium est, plurimos pisces ex ovis positis multiplicari, multos *autem* exclusis fœtibus vivis.

§. IX. Urget *Bochartus* quod volucres *super terram* volare jussæ sint, et infert, quodsi aves ex aqua factæ fuissent, DEVS jussisset volucres *super aquam* volare. Ingenue fateor, me non comprehendere, qua ratione motus Vir doctissimus hanc sententiam tulerit. Si dubius essem, meliori quidem fiducia asserere auderem: Volucres neque ex terra, nec ex aqua, sed ex aëre, corpore magis elastico præ aqua, vel ex nihilo (*), prout cœlum et terra factas esse. Hoc nihil involvit absurdi, cum DEVS libere agit (§. VIII.), nihilque impossibile est ad verbum suum. Sed me non decet super historiam Creationis, quam Deus *Cap. I* connotare jussit *Moysen*, argutias nectere. *Fostatum* (**) nimis sapere deprehendimus, quod perscrutari ratus est consilium Dei, de avibus ex aqua creandis. Ejusmodi subtilitatibus tuto carere possumus; neque volucres, prout *vapores* sub firmamentum adscenderent, nisi ipsis DEVS plumas, pennas alasque dedisset, ut libere in aëre huc illuc vagari possent. Neutiquam porro sequitur, quodcunque super terram volat, id ex terra suam animal habet originem. Libellæ, culices et plura insecta volatilia ad terram et super terram volant, frequentant plantas, homines et quadrupedia, singulis plerumque nociva, nec tamen in superficie terræ vel ex terra generantur; Cognitum habemus, ejusmodi animalcula ex aquis prodire; imo plures *Ephemeræ* vix ac ne vix quidem viginti quatuor horas super terram et aquam superstites sunt, quin dermata sua transmutent, congrediantur, ovulaque sua aqua specifice graviora in aquam deponant, quæ post integrum anni decursum, aqua leviora fiunt, adque superficiem elevantur, unde nova animalcula ejusdem generis super terram et aquam revolitant, quorum cadavera incredibilibus multitudinibus quotannis et avibus piscibusque et piscatoribus pro hamis in escam prædamque cedunt. Insuper ex verbis: Volatile super terram *v. 20* omne volatile *v. 21* - volatilibus cœli *v. 26. 28* - universis volatilibus cœli, *II. v. 19* nihil amplius evincere possum, quam

quam deſcriptam animalium, quæ volatilia audiunt, naturam; quatenus nimirum in libero aëre vel in *liquido* aëre (uti loquitur *Sibbaldus* Prodr. H. N. Scot. p. 11.) volitant, ut ab animalibus terreſtribus et in aquis degentibus plane ſint diverſa, non autem, quod non ex aqua prodierint, nec prodire potuerint, itaque *verſu 20* non de avium origine, ſed ſaltim de *volatu* ſermo ſit. Sic *Moyſes* lucem deſcribit, quæ diem, tenebras quæ noctem introducant; firmamentum, quod dividat aquas ab aquis; Aridam, quæ ſegregatis aquis terra eſt, aquarumque congregatio mare; Gramina arboresque facientes ſemen fructumque, cujus ſemen in ſemet ipſis ſit; Luminaria, quæ dividant diem ac noctem, et ſint in ſigna et tempora et dies et annos, ut luceant et illuminent terram; duo lumina magna, ut præeſſent diei & nocti, et ſtellas, ut dividerent lucem et tenebras; piſces, animas viventes in aqua; beſtias terræ, jumenta et reptilia, quæ moventur in terra; ad usque Hominem, imaginem DEI, qui præſit piſcibus maris, et volatilibus cœli, et beſtiis, univerſæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra. Ita et DEVS DIXIT et fecit volatile genus, ejusmodi animalia, quæ ſuper vel ſupra terram ſub firmamento cœli volent; quæ facultas nemini reliquarum creaturarum communis eſt.

(*) Conf. *G. Wegner* diſſ. de av. orig. §. 18.

(**) *Quaeſt. 325 in Gen.* Conveniebat *aquae*, quod ex ea *aves* producerentur, quia in aqua eſt aliquid craſſum et ponderoſum, quod ad naturam piſcium competit; aliud autem eſt ſubtilius, *reſolutum in modum vaporis*, quod elevatur in altum, ſicut apparet in aqua bulliente; *ad hanc partem ſubtiliorem* pertinent *aves*, et ideo elevarentur in altum.

§. X. Intelleximus modo, quid ſibi velint volatilia, quinta die creata. Supereſt, locum *Gen. II. 19* evolvamus, per quem locus *Gen. I. 20*, ut volunt laudati autores, explicandus, quod ajunt, *Moyſen* ibi expreſſis verbis dixiſſe: DOMINVM DEVM formatis de HVMO cunctis animantibus terræ et univerſis volatilibus cœli, adduxiſſe ea ad Adamum; ſecundum *Lutheri* verſionem: Als Gott der Herr gemacht **von der Erden** allerley Thier auf dem Felde, und allerley Vögel unter dem Himmel; and out of the ground the Lord God formed every beaſt of the field, *and* every fowl of the aire - . Dominus *Zorn all. l. p. 122.* putat, nihil clarius dici poſſe; ſed, ni plane fallor, circa hanc Moyſis propoſitionem committitur (uti in ſcholis loquimur) *fallacia compoſitionis et diviſionis*. Si hiſtoricus dixiſſet: *Formatis cunctis animantibus terræ et univerſis volatili-*

bus

bus cœli de humo, forte nihil clarius. *Moyses* hoc loco appellat animalia partim *terrestria* partim *volatilia*, quæ lustrationem hominis subire voluit DEVS (nam *pisces* ex unanimi consensu, prout illa adducti non sunt) non ut explicaret vel corrigeret *versum vigesimum* capitis primi, vel ut unici generis *originem* supra *neglectam* hoc loco manifestaret; quod non erat hujus loci. Sed forte particula copulativa (et) aves cum bestiis terrestribus ex humo derivaret. Verum si hoc, vocula *&* eandem habebit potestatem *versu 20* capitis I, quam habere videatur versu *decimo et nono* capitis II, scilicet: producant *aquæ* reptile animæ viventis *& volatile* super terram; ergo, ex concessis, secundum *versum 20* volucres ex *aqua*, sed secundum *versum 19 non ex aqua, verum ex humo* creatæ, quod apertam et inconteſtabilem involvit contradictionem; sic juxta versum 19 componuntur quæ dividenda, et juxta versum 20 dividuntur quæ componenda; ergo talis propositio laborat *fallacia compositionis et divisionis*; ergo versus *vigesimus* per versum *decimum & nonum* non est explicandus; ergo versus 20 per se *manifeste clarus*; rursus juxta versum 19 sequeretur idem quod secus sentientes ex versu 20 elicere volunt, nimirum: *Moysen* versu 19 *minime de origine avium* loqui, sed pariter ac versu 20 tantum de VOLATV; tunc autem ex sententia *Maji* (§. VIII.) nullibi in sacro codice mentio facta originis volucrum; quod nemo dixerit. Quicquid autem sit, nihil omnino obstat versui 20, ut, vel juxta communem loquendi modum, recte intelligam *Moysen*, articulatim et distincte referentem: pisces et volucres quinta die ex aqua productos. Sed posita meliori interpretandi compositione, mediante particula disjunctiva, *autem* (§. IV.) volucres autem volent etc. et quid tum? mihi nihilominus tamen imperare non possum, non pertinere aves ad animalia, quorum creationem DEVS quinta die absolvit, qua vero die Deus expressis verbis animalia creare voluit, quæ ex aqua moverentur. Porro, quod negari nequit, maria sive aquas æque ac terram sub *firmamento cœli* fundatas esse, quodque numerosi exercitus volucrum in aquis consideant, innatent aquis, escam ex aquis petant, et aqua circumdati multiplicentur (quæ omnia plus involvunt, quam *volatus super aquam*) ideo perperam argumentamur: quodcunque volat sub firmamento cœli super vel supra terram, id nihilum communicat cum aqua (§. IIX); prout perperam dicitur: *Aves paradisiacas* (*) cum terra nullam habere communicationem; nec valet consequentia: *Pisces* maneant in aqua ex qua procreati, *Aves* autem volent super terram sub firmamento cœli, ergo aves originem non

trahunt ex aqua. Cui ludere animus ſit, dixerit: *neque piſces ex aqua*, ſed ex terra eſſe creatos; quod aqua non ſolum humum circumfluit, ſed quoque omnibus in fluctibus terram pro baſi, pro fundamento et pro receptaculo habet; me autem luſus in re ardua minime decet, certo quippe perſuaſus ſum, verſum 19 capitis II nullo modo explicare verſum 20 capitis Gen. I ad mentem ſecus ſentientium.

(*) Nomencl. Lithol. tit. RVBETITES.

§. XI. Quodſi autem *Moyſes per ſe ipſum* explicandus, conferamus verſum *vigeſimum capitis primi* cum verſu *decimo et quarto capitis VII*, ut comprobetur id, cujus mentionem fecimus §. IX, quod nimirum verba: producant aquæ volatile, ſint verba omnipotentiæ et creationis, quod autem volent volucres, ſit deſcriptio creaturarum, quæ aves vel volatilia vocantur. Nam ita ſonant verba juxta Arcam ſalutis: „cunctumque volatile ſecundum genus ſuum, univerſæ aves omnesque volucres„ vel ſecundum *biblia germanica:* allerley Vögel nach ihrer Art, addita explicatione: Alles was fliegen konte, und alles was Fittig hatte. Sic Noachus non ſolum *aves* ſed & omnes *volucres* ſive *volatilia* omnia, conſequenter et *Veſpertiliones etc.* in arcam gratiæ ſuſcepit: *univerſas aves omnesque volucres.* Sic ſufficit propoſitio *Moyſis:* „producant aquæ reptile animæ viventis et volatile ſuper terram ſub firmamento cœli„ ut certo ſciamus, utrum ex terra an vero ex aqua originem habeant ejusmodi animalia, quæ ſuper terram ſub firmamento cœli libere vagandi facultatem (*) ex voluntate *creatoris* nacta ſunt.

(*) Vid. defin. noſtram Volatilium; *Ph. Tranſ. angl.* No. 427.

§. XII. Ut ſalva maneat cauſa avium, conſiderandum porro, aves non ſolum ſuper vel ſupra terram, ſed potius ſuper globum, quem appellamus terraqueum volitare, etiamſi *Rever. Dn. Zorn* hanc inſtantiam nullius momenti eſſe pronuntiaverit; me judice, multum valet. Nos diutiſſime aliquando ambulamus vel equitamus vel curru vehimur nec rivulos attingentes; ſæpe cervi aquam ſitiunt; aves vero ſuper terram ſuper aquas volant, hasque certius citiusque deprehendunt, ac alia animalia. Ipſe *Dn. Zorn* quam plurimas aves pro lubitu, et præter omnem neceſſitatem, ad hybernacula transmarina deportavit; et, bone Deus, quot maria clauſa, innumeri vaſtique lacus, freta, ingentia flumina, fluvii rivulique intra *aridam*, quæ *Terra* eſt! Sic *Terra* non ſemper *ſiccum* ſignificat, ſed

ſed ſæpiſſime globum terraqueum, quem terra marique frequentamus; ideo tamen nemini inferre licet: ergo aves *ex globo terraqueo* creatæ. Præterea, ut jam ſupra monuimus, non ſolum ſiccum, quod vocatur *terra*, *cœlo* ſubjectum eſt undique; Aves et ſuper maria volantes ſub cœlo, atmoſphæram noſtram ſuperante, ſub firmamento volitant, prout nos ſuper aquam quandantenus vel in aqua navigamus. Permulta genera avium, eorumque magna copia (ut juxta Islandiam, Spitzbergam inſulas &c.) citius in aqua quam in terra conſident, et præ hominibus beſtiisque terræ fruuntur commodis ex *globo terraqueo;* omnes nimirum aves piſcivoræ et palmipedes, non niſi piſces, teſtacea et amalophyta pro victu habentes; in ſpecie colymbi podicipedes, proprie Mergi, natura pedibus ita conſtructis, ut abſolute non niſi pro aqua et aëre facti videantur; in terra vel in ſicco nec ſtare nec gradiri, neque a terra in aërem ſe extollere potentes, licet plerumque, perperam quidem, in picturis erecti referantur. Hæ aves nunquam in ſolum continuum feruntur, ſed vel ſub firmamento in aëre ſuper aquam et terram, vel in aqua apparent, inque regionibus arundinoſis et uliginoſis ita nidulantur, ut undique aquam ſibi proximam habeant, vel in receſſibus rupium, ut juxta Islandiam, mari vicinarum pullos edunt, quos non ſine periculis juſto tempore in aquam demittunt. Nemo tamen talium avium ova ſua, prout piſces branchiati ovula ſua, in aquam ponit, verum in nidos; juſſit enim Deus, ut ſe multiplicent aves in terra, mediantibus nidis ex arundine et quisquiliis aut plumis ſuis compactis, aliquando ſuper fruticetis et eminentiis in locis uliginoſis (*) vel juxta flumina. Sic aquam genus alitum adeo non averſatur, uti animalia campeſtria, quæ non niſi in ſicco vivunt et multiplicantur.

(*) *Bellonius de Avibus Lib. III. c.* 22. et quidem de *Mergo minimo:* A peine ſe peut mettre à voler; toutefois qu' il eſt élevé en l'air, il vole fort long, et quand on le trouve en quelque petit maré, ou il n'a ſecouſſe à s'elever en l'air, ſouvante fois les petits enfants ſe mettent à le pourchaſſer à coups de pierres et le rendent ſi bien laſſé, qu'il ſe laiſſe prendre à la main, ou bien autrement on le prend aux gluaux.

§. XIII. Quare, quæſo, AVES quinto Creationis diei ſubtrahere et tam operoſe in ſextum diem translocare cupiamus! nulla urgente neceſſitate, nec ſufficienti ſatis ratione; quo facto certitudinem de *ipſarum ortu* præ *origine vermium* vel *reptilium* deperderemus. Quare etiam tam anxie nobis perſuadere velimus, DEVM permiſiſſe, ut *Moyſes* juxta hi-

ſtoriam rerum omnium *indiſerte* de *avibus* commentatus ſit *die quinta*, cum reliqua opera DEI Creatoris, in diebus ſuperioribus et ſequenti nullum nobis dubium moveant? et Homini, tanquam CREATVRAE ad imaginem DEI tantum ſit in circumſtantiis de origine avium! Aliter ſentimus de Hominibus, qui ſcientiam de rerum omnium creatione inter inutiles ſupervacaneasve quæſtiones Chriſtianismi connumerant, revelationem primævæ gratiæ inconſiderate prætereuntes. Satis exploratum et bene habuiſſe *Moyſen*, quodcunque ſingulis diebus divinorum operum connotavit, nullaque interpretatione longe petita indiguiſſe, argumento eſt caput ſecundum mox *in principio*, ubi fiducia ſinceræ hiſtoriæ abſolutæ plenus *anima lætatur*, inquiens: Igitur perfecti ſunt cœli et terra et omnis ornatus eorum! *verſu 1.* Alſo ward vollendet Himmel und Erden mit ihrem gantzen Heer! et *verſu 2.* Complevitque Deus opus ſuum, quod fecerat etc. Alſo vollendete Gott ꝛc. *verſu 4.* Illæ ſunt generationes cœli et terræ, quando creatæ ſunt in die quo fecit; Alſo iſt Himmel und Erden worden ꝛc. (non aliter). Quibus exclamationibus ter repetitis nos commonefacere voluit, ne quid vel addatur vel dematur HISTORIAE CREATIONIS. Superaddimus, quod, ſi *Moyſes* ſe lapſum commiſiſſe ſenſiſſet, ſane mox in principio capitis ſecundi caſum reparaſſet, non demum verſu decimo et nono capitis ejusdem.

§. XIV. Sic convictum me ſentio,

Aquam ad verbum DEI produxiſſe omne Alitum genus.

Summa propoſitionum hæc eſt:

Creaſſe DEVM omne volatile quinta die;

Hac die animalia appellata, quæ produceret aqua;

Reptile animæ viventis, i. e. piſces, et quae reliqua, in aqua vitam ducere et multiplicari juſſa;

Volatilia autem, in ſpecie aves, ex aquis ut adſcendant ſuper terram ſub firmamento cœli, et multiplicentur in ſicco.

Hoc in luce veritatis proferre animus fuit; Aliorum ſententiam a mea alienam non improbaturus quod neutra fidei articulum ferit. In eo acquieſco:

Sic perfecti ſunt Cœli et Terra et omnis ornatus eorum.

Gen.

Gen. II. 19. 20.

Omne quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus. Appellavit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, et univerſa Volatilia Cœli, et omnes beſtias terræ.

II.

ORDO AVIVM.

§. I.

AVES (*) ſunt bipedia, aligera, plumoſa. Hæc definitio avibus propria eſt, præ reliquis volatilibus; qua ab inſectis volitantibus, a veſpertilionibus ſimilibusque et a piſcibus, pinnis lateralibus in alas productis, facile diſtinguuntur.

(*) Nomen ab hebraico Aph i. e. volans. Avis in altum ſe extollens majorem pondere ſuo vim 3000, volatura 12000 majorem ſuperare tenetur, *J. J. Scheuchzerus Jobi phyſ. ſacra p. 46.*

§. II. Avium FAMILIAE a conſtructione pedum, GENERA a roſtris; TRIBVS vel a qualitate *capitis*, vel ſecundum alia corporis momenta determinantur. Sic extremæ corporis partes, PEDES et ROSTRA naturalem avium ordinem docent.

§. III. FAMILIA I. pedes habet didactylos, digito *nullo poſtico.* Struthio. Strauß; quod vocabulum vernacula lingua pennas majores ſignificat, quarum latera fluctuantibus plumis ſuperbiunt. Fam. I.

§. IV. Nonnullæ habent pedes tridactylos, *ſimplicibus* digitis, *nullo poſtico.* Caſearii &c. Digiti *ſimplices* et nudi vocantur, non intertexti omnino membrana, nec lobati aut fimbriati. II.

§. V. Quædam habent pedes tetradactylos, *duobus* digitis *anticis*, *totidem poſticis*, ſimplicibus. Harum nonnullæ adſcendunt in altum deſcenduntque, opitulante roſtro adunco; aliæ adſcendunt cauda ſuffultæ, roſtro cunei-formi, ut et ligna perforare valeant; quædam per ramos ſaltantes inſecta fructusque venantur. *Iſpida* fluvios linire dicitur, piſciculos jaculans, et in abruptis littoribus, ſub terra degens. III.

§. VI. Quædam pedibus tetradactylis, digitum habent *unicum poſticum*, omnes *ſimplices.* Hæc familia eſt numeroſiſſima et nobiliſſima. IV.

§. VII. Nonnullæ habent pedes tetradactylos, digitis *tribus membrana* V.

conjunctis, postico *simplici*; sive palmipedes **Patsch-Füsse**, digito *postico* simplici; rostris vel plagioplateis vel coniformibus, vel anomalis.

Fam. VI. §. VIII. Quarundam tetradactylorum digiti *omnes* membrana omnino intertexti; propriissime palmipedes.

VII. §. IX. Nonnullarum pedes tridactyli, digitis *omnibus conjunctis*, *sine postico*.

VIII. §. X. Ultimo loco tetradactylorum digiti sunt *lobati*, vel utrinque fimbriati, *posticus* plerumque simplex.

§. XI. Non dantur AVIVM FAMILIAE plures, a qualitatibus pedum derivandæ; suntque pedum DIGITI ad *minimum* numerum duo, ad *summum* quatuor.

§. XII.

TABVLA SYNOPTICA.

ORDO AVIVM.

- FAMILIA I. Struthio, Strauß. §. 13.
- II.
  - *Gen.* I. Struthio Nothus, Strauß-Bastard. §. 14.
  - II. Casearius, Casuar. —
  - III. Tarda, Trappe. —
  - IV. Gavia, Kybit. —
  - V. Himantopus, Riemen-Bein. —
  - VI. Ostralegus s. Hæmatopus, Augster-Man. —
- III.
  - *Gen.* I. Psittacus, Papegey. §. 15.
  - II. Picus, Specht. §. 16.
  - III. Cuculus, Guckug. §. 17.
  - IV. Ispida, Königs-Fischer. §. 18.
  - V. Touraco, Rex, Krohn-Vogel. —
  - VI. Nasutus s. Piperivorus, Naasweis. Pfeffer-Fraas. —
- IV.
  - *Gen.* I. Accipiter, Hab ich? Fang-Vogel. §. 19.
    - *Trib.* I. Aquila, Adler. §. 20. 21.
    - II. Vultur, Geyer. §. 22. 23.
    - III. Falco, Falck. §. 24. 25.
    - IV. Ulula, Eule. §. 26. 27.
  - II. Corvus, Rabe. §. 28.
  - III. Pica, Aeltster. §. 29.
  - IV. Sturnus, Starre. —
  - V. Turdus, Drossel. §. 30.
  - VI. Alauda, Lerche. §. 31.
    - *Trib.* I. Luscinia, Nachtigall. §. 33.
    - II. Trochlodytes, Zaunkönig. §. 34.
    - III. Sylvia, Brust-Wentzel. §. 35.
  - VII. Ficedula, Fliegen-stecher. §. 32.
  - VIII. Hirundo, Schwalbe. §. 36.
    - I. Cauda æquabili. Caprimulgus, Hexe. §. 37.
    - II. Cauda divisa. Hirundo vulgaris, Zir-Schwalbe. §. 38.

FAMILIA

ORDO AVIVM.

- FAMILIA IV.
  - *Genus* IX. Parus, Meise. §. 39.
    - *Tribus* I. Vulgaris, Korn-Dieb. §. 41.
    - II. Emberiza, Ammer. §. 42.
    - III. Linaria, Henffling. §. 43.
    - IV. Coccothraustes, Kirschschneller. Klepper. §. 44.
    - V. Fringilla, Finck. §. 45.
  - X. Passer, Sperling. §. 40.
  - XI. Scolopax, Schnepffe. §. 46.
  - XII. Glareola, Sand-Strand-Lauffer, §. 47.
  - XIII. Rallus, Ralle. §. 48.
  - XIV. Mellisuga, Honigsauger. Schmetterling. §. 49.
  - XV. Falcator, Sichler. §. 50.
    - I. Falcinellus, Baumklette. §. 51.
    - II. Arquata, Braacker. §. 52.
      - Numerius, Regenvogel. §. 52
      - Merops, Imben-Wolff. —
      - Upupa, Wiedehopff. —
  - XVI. Gallinaceus, Kräher. Hahn, §. 53.
    - I. Alector, Haushahn. §. 54.
    - II. Pavo, Pfau. —
    - III. Meleagris, Calecuter. §. 55.
    - IV. Phasianus, Phasan. § 56.
    - V. Perdix, Rephun. —
    - VI. Coturnix, Wachtel. —
    - VII. Lagopus, Rauchfuß. §. 57.
  - XVII. Columbus-ba, Tauber, Taube. § 58.
  - XVIII. Grus, Kranich. §. 60.
  - XIX. Hamiota, Angler. §. 61.
  - XX. Jaculator, Harpunierer. §. 65.
    - Ardea, Reyger. §. 62.
    - Ciconia, Storch. §. 63.
    - Anomalorostler §. 64.
      - Platea, Löffler.
      - Phœnicopterus, Schartē-Schnäbler
      - Tantalus, s. Loculator, Nimmersatt. Mauchler.
- V. Plotus, Plott (*). Tetradactylus palmatus postico simplici, vierzeeger Patschfuß mit freyer Hinter-Zee, §. 66.
  - *Tribus* I. Platirostler, Breit-Schnäbler. §. 67.
    - Anser, Gans §. 68.
    - Anas, Endte. § 69.
  - II. Conirostler, Kegel-Schnäbler. §. 70.
    - Larus, Mewe. §. 70.
    - Serrator, Stücksager. § 71.
    - Mergus, Halb-Endte. §. 72.
  - III. Anomalorostler: Avosetta, Schabbel-Schnäbler. Corrira. The Cutwater &c. § 73.
- VI. Plancus (*). Tetradactylus; omnibus palmatus, Patschfuß mit vier verbundenen Zeen, (Onocrotalus. Corvus marinus &c.) §. 74.
- VII. Plautus (*) Tridactylus, palmatus, dreyzeeger Patschfuß; hinten keine (multæ Islandicæ.) §. 75.
- VIII. Dactylobus (Tetradactylus, digitis lobatis.) Dicroatus (Δικρέωτος digitis utrinque fimbriatis) Mit belabten-Falbala-Zeen. §. 76.
  - Colymbus (eigentl.) Taucher. §. 77.
  - Fulicæ, Blashuhn. —

*) Non

(*) Non vapulare ſpero, quod nomina celebrium autorum tribus avium familiis impoſuerim. Memoriae Tuae, Curioſe LECTOR, melius conſultum volo. Caeterum Doctiſſimo *Anglo*, Rob. PLOTTO, ſagaciſſimo in Hiſtoria naturali IANO PLANCO *Ariminenſi*, et latinae comœdiae facile Principi M. ACCO PLAVTO, aeque ignominioſum eſt, quod vocentur palmati (Στεγανοποι), non quidem pedibus pulchris (καλοποι) vel teneris (μαλακαικοι), ac mihi, quod nomine et omine vocer *parvus* (βραχυς) non magnus (μακρος).

§. XIII.

Fam. I.

FAMILIA PRIMA.

DIDACTYLAS; NVLLO POSTICO. Zwo Zee.

STRVTHIO. Struthio-Camelus autorum. Straus, Strutz. Oſtriche *angl. VVill. Aldr. Gesn. Raj. Albin. Vol. III. no. 31.* Ema *Luſit.* Struthio (pullus) *Sebæ I. p. 83 tab. 51.* Afra *Horat.* i. e. Africana avis.

Vocabulum Straus (§. III) vernac. lingua pennas majores ſive calamos per latera in alis, caudaque, fluctuantibus plumis ſuperbientes ſignificat. Struthio-Camelus, quod avis eſt procera, pedibus ad inſtar *Cameli* quaſi ungulatis, ſive diviſis, pennis ſuperbiens; juxta *S. Codicem* ungulis fiſſis, mit geſpaltenen Klauen (*). Roſtrum habet plageoplateum, molliusculum, ut quadantenus lunari poſſit, capite ſpeciem anſeris referens. Alitum ſola palpebras habere dicitur, *Plin.* collo incurvato. Alas quidem, pro volumine corporis gerit parvas, quarum tamen alteram inſtar veli erigens, ſæpius ambabus, aërem reverberans, citiſſime curſum promovet (**). Poſtico digito et anticorum intimo prorſus caret; ab infima parte colli plumæ incipiunt. Dorſi pennæ in mare nigerrimæ, in fœmina fuſcæ (***). In capite et collo crines habet corneæ ſubſtantiæ.

(*) Conf. *Prodr.* Hiſt. quadr. nat. promov. *p.* 7.

(**) Struthionem avem dixeris mere terreſtrem qui alis ſuper terra non ſupra terram utitur; currens tamen aërem, agitando alas, continuo dividit, rapideque currit, ac ſi volatu ſeſe per aërem oculis ſubtrahat, ita ut nec a cane nec ab equo, ſine artificio, ſuperari queat. Arabes aliquando ultra dies duas tempus conſumunt, perſequendo Struthionem, quem prius quaſi aliud agendo agitant, ut impediant, ne eſcam ante capiat, quam ſeveriori venatu proſequantur; nimis impetuoſi nunquam attingerent avem ad montoſa loca et abditas ſpeluncas fugientem.

(***) An ubique locorum ſive in Aſia, ſive in Africa, neſcio. Interim variantes colores in avibus accidentiae ſunt, uti in *Loxia*, quae colores quotannis bis vel ter mutat; in *Lagopo nivali*, in *Emberiza*, quae paſſer nivalis; colores vero et picturae conſtantes ſpecies generum diſtinguunt.

§. XIV.

FAMILIA SECVNDA

Fam. II.

TRIDACTYLVS; NVLLO POSTICO. Drey Zee.

GENVS I.

STRVTHIO-NOTHVS. Straub-Bastard. Ohn-Schwantz. Grauer Casuar mit Straussen-Schnabel; Struthio americanus, cauda fere nulla. Nhanduguacu, *Marggr. Pis.* Frequens est *Rio grande.*

Tres habet digitos anterius versus; unguibus nigris, crassis, haud acutis; loco postici corpus subrotundum, grossum, durumque ad plantam pedum, unde difficulter vel plane non in area lævi aut tabulata incedit; rostrum Struthionis æmulum. Avis pariter mere terrestris. Mirum in vafris his avibus, quod non solum gregarios canes evadant, sed et alterutram alarum distendendo, dextrorsum et sinistrorsum ita cursum dirigant, ut barbarorum tela eludant, *Piso:* plumis per totum corpus griseis; cauda pene nulla, cristis, *vel fluctuantibus plumis*, caret; corpore ovato. Ex hac descriptione patet, ad *primam familiam* hanc avem trahi non posse; magnitudine a Struthione est secunda.

GENVS II.

G. II.

CASEARIVS. Casearis; Emeu, Eme; *Bont. Worm. Clus. Aldr. Raj. Will.* The Cassawary; The Cassawar Cock, *Albin. II. no. 60.* Casuar.

Rostrum carinatum quinque uncias superat, mediocriter crassum, extremo parumper aduncum; rictum habet amplum; cristam vel excrescentiam capitis crassam, corneam lævem, non angularem; plumas setosas rarasque, cute ex cæruleo purpurea ad caput et collum interludente; caret cauda; alæ brevissimæ; pennulæ setosæ plerumque in duos vel tres cuspides flexiles terminantur (*). *Clusius* et marem et fœminam optime descripsit: „Rostri prona pars quodammodo arcuata; supina ab ejus scissura ad extremum mucronem quinas uncias longa; infra rostrum bina „velut membranacea palearia habet; pedes non bisulcos, sed tribus digi„tis præditos, sine calcari, Otidis seu Tardæ pedum modo.„

(*) Plumae ejus perpetuo sunt geminae etc. *Clus. Exot. p. 98. Nieremb. p. 218.*

GENVS III.

Gen. III.

TARDA. Trappe. Gallinaceo, et rostro et pedibus digitisque dissimilis; solet tamen ad genus gallinaceum vocari.

Fam. II. I. TARDA ſimpliciter. Acker-Trappe. Trap-Gans. Trappus. Anſer-Trappa. *Schwenkf.* Otis, *Aldrov. Will.* Erytrontaon, *Olai M.* Tetraon *Longol.* The Buſtard *Albin III. n. 38. 39.* The Cock and Hen. *Edward II. p. 73. 74.*

Avis elegans; noſtratibus ſatis nota; autumno et hyeme oleribus valde nociva; capite et collo cinereis; venter albet; dorſum lineis transverſis rufis et nigris varium. Mas cauda, ut Meleagris, ſuperbit tempore aphrodiſiaco; non niſi duo ova ponens, communiter in tellure ſegetis avenæ, quam fœmina ovis incubans collo procero ſuperare poteſt. Sectatores ubi ſuſpicatur, ova ſua ſub alis transportat in alium locum. Iraſcens inflat cutem ſub roſtro tantillum dependentem. Mas circum caput plumis longiusculis radiatus. Noſtrates aves ab anglicis et gallicis nonnihil differunt; conf. *Edward* et *Mem. de l'Acad. depuis 1666-1699. Tom. III. Part. II. p. 101.*

II. TARDA NANA. Triel-Griel-kleine Trappe. An otis (uti videtur) ſive Tarda aquatica *Gesn.?* Stella avis, *Aldrov. Lib. 13. c. 13.* Anater campeſtris, Canne petiere, ſeu Tetrax, *Bellon.*

Comparationem cum Tarda I admittit, qualis inter Urogallum ſeu Tetraonem Lagopum majorem intercedit et inter minorem; hujus magnitudinem non ſuperans. Fœminam habui anno 1737 (*aviar. Bareithan.*) Colorum pictura antecellit fœminam Tardæ majoris, carne et ſapore fœminam Urogalli minoris. Ad ponenda ova parata fuit illa avis, cum ſclopo necata fuerit, quæ ova ſapidiſſima ſunt.

III. TARDA MECHAENSIS, ARABICA. Der Araber. The arabian Buſtard. *Edw. I. p. 12.*

Longior collo cruribusque, quam Tarda noſtras, graciliorque corpore; magnitudine Gallo-pavonis; pennis auricularibus nigris erectis, ave ſuperbiente. Syncipite albo; vertice et ſuperiori colli parte ex rubore fuſcis; dorſo ultra uropygium et alarum medietatem ſimili colore commixtis nigris extremitatibus plumarum ſquamatim vario; alas ab humeris alba linea diſtinguit, remigesque qua dimidiam partem nigredo per ſquamas; genæ albæ oculos ambiunt nigerrimos; gutture, inferiori collo et pectore ex albo et ex cinereo punctulatis; ventre albiſſimo ſub cinere lævigato; cauda cinerea, juxta extremitatem coluris nigris; pedibus ſordide albis et lamellatis, ſive tegulatis.

IV. TARDA MVCVCAGVA, Trappa *Marggr.* Gallina ſylveſtris, *Will. Raj.*

In

In pedibus habet tres digitos antrorſum verſos, craſſiusculos, unguibus brevibus obtuſis. Calcaneus rotundus, ut in Struthionibus, et paulum ſupra illum breviusculus digitus (i. e. digitus ſpurius, vid. infra Gaviam) verſus interiora; ita *autores*. Corpus ſubrotundum ad plantam pedum calcaneus dici nequit; vid. ſupra Struthio-Nothus. Fam. II.

GENVS IV.

Gen. IV.

GAVIA. PARDALIS. MORINELLVS; Has aves unico genere Gaviarum comprehendimus, quo genere et *autores* complectuntur; magnam inter ſe affinitatem ſpecie et forma colunt, differentiis ex formoſitate corporum et ex eo petendis, quod quædam omnino non niſi tribus digitis, quædam inſuper, ut in Tarda IV, *calcaneo ſpurio* inſtructæ; quod et in genere canino obſervatur (*); quæ anomalia contra genus allegari nequit; e. g. *Pardalis viridis* nullum fert veſtigium digiti poſtici, econtra *Pardalis fuſcus* unguiculum cuti innatum habet vix lineam longum, & *Vanellus vulgaris* unguiculum circiter duarum linearum. Inſuper ejusmodi proceſſus ſive appendices non niſi digitos ſpurios eſſe exinde apparet, quod longius a planta pedis poſiti, ita ut aves nullatenus, niſi forte in paludibus aliquantisper, iisdem inſiſtere nedum incedere queant, cujus gratia natura avibus tetradactylis digitum poſticum conceſſit non ſolum, ſed et ad capiendum, ſeque in ramis arborum ſuſtinendum. Cæterum hallucinationes diſcrepantium autorum tam circa deſcriptiones quam juxta figuras avium nullam nobis imperabunt neceſſitatem mutandi genus. Omnes, hujus generis, ſtolidæ ſunt aves, facile cicurandæ; omnesque, præter octavam, macropteræ.

(*) Prodr. Quadrupp. p. 15.

I. GAVIA vulgaris. Gavi (perperam *cinerea*) *Eberi* et *Peuceri*. Vanellus, quod alis inſtar vanni aut ventilabri commotis ſtrepitum excitat. Capella *Gazæ*. Ταωφαγιος, Pavo Sylveſtris. Kyvitta, ob vocem, *Schwenk*. Kywitt; Gybitz; Gyſitz; Feld-Pfau. Capella ſ. Vanellus *Will. Aldrov.* Capella et Parcus, *Bellon.* Tewit; the Laywing Plower, *Albin. I. 74.* forte varietas, ſi recte picta. Satis nota avis ampliorem illuſtrationem non poſtulat.

II. GAVIA VIRIDIS. Pardalis ſeu Pluvialis viridis: The green Plower, *Will.* Verd pluvier, *Albin I. 75. Marſilli V. 54.* Pardalus III *Schwenk.* Vivago *Bodini.* παρδαλος *Ariſtot.* Grüner Gybitz; Pardel vulgo; Pulvier, *Longol.* Pulros *Peuceri.*

Fam. II. *Marsillius*, *Willughbejus* omnesque autores nobiscum conveniunt, avem *nullo postico* digito, nedum ullo vestigio calcanei spurii, quo Gavia vulgaris gaudet, præditam esse, et nihilominus tamen videsis *posticum digitum* huic avi, quo incedere potest, in pictura apud *Marsillium Op. Danub. Tom. V. p. 54. Tab. 25.* Pardales omnes caput habent minus formosum, physiognologicis stupidum. Hæc avis collum fert breve, et ducta proportione trunci caput magnum, oculosque amplos. Solitaria est in locis demissis pratisque. Totum corpus fuliginosum, innumeris maculis ex viridi luteis belle tygrinum. Pennæ alarum majores nigricant, media ex albo fimbriata; inferiori corpore maris nigerrimo. Figura *Albini* æque parum valet, ac figura *Marsilliana*, nisi quod ex hac dispositio macularum paulo melius observari queat; inprimis juxta Gaviam III rostrum et pedes adulterata ab *Albino* exhibentur, non obstante descriptione a *VVillughbejo* mutuata. Comes *Marsilli* adhuc alias recenset *pluviales* Tabb. 27-31; sed non sufficiunt descriptiones, ut aliquid certi de illis statuere liceat; ad *glareolas* potius referendæ.

III. Gavia s. Pluvialis Cinerea. Pardalus II *Schwenk.* Squatarola *Venet.* **Grauer Gysitz, Pardel.** The gray Plower, *Albin. I. n. 76. Marsilli Tab. 26. Will. Raj.*

Super nigredine ex luteo, cinere obducto, variegata; infra collum oblongas habet maculas nigras. Digitus spurius, cujus supra mentionem fecimus, non nisi unguiculus est, vix distinguendus; unde *Schwenk.* sine calce; et *Will.* posticus digitus valde exiguus. Rostrum ex nigro rubescit.

IV. Gavia Rostro Virescente, Conico, Acuto. Pardalis, quæ Oedicnemus, *Bellon.* Charadrius *Gesn. Aldr.* The Stone Curlew, **Steinwelzer,** *Raji. Albin I. 69.* **Grünschnäblicher Pardel.**

Summa confusio inter est *Charadrios* et volutores lapidum. Oedicnemi figura apud *Albinum* bene valet. *Raj.* et *Willughb.* (ultimo duas figuras Charadrii, **der See-Lerche,** debemus) ajunt, avem hanc postico digito carere; quod verum; Sed non nobis arridet Synonymum *Charadrii*, etsi cum *Willughb.* faciamus, qui *Gesneri* et *Aldrov.* Charadrium cum Oedicnemo *Bellonii* unam eandemque avem esse, recte judicat. Cum autem rursus Charadrius et Hiaticula, **See-Lerche,** Synonyma audiant, et Oedicnemus quidem lapidarius vel lapidator sit (quod artificium **des Steinwelzens** omnes aves littorales didicerunt) neutiquam tamen, vel magnitudine corporis obloquente, *alauda littoralis*, quæ morinellis affinis, sive *Hiaticula* audiat; quippe ille ab extremitate rostri ad extremum

caudæ

caudæ 18'' et usque pedum ungues 20'' absolvit. In qualibet ala numeran- Fam.
tur 29 pennæ; extremæ duæ albescunt, in medietate et ad exitum lituris II.
transversalibus pictæ. Descriptionem *Albini* probamus.

V. Gavia Morinellvs simpliciter. *Gesn. Will. p. 230.* The Dotterel *Albin. II. 61. 62.* **Mornel-Gybitz. Morinelle. Mornell. Haupttummer Gybitt.** Morinellus *Jo. Caji* rarior. p. 96; quem vide; tribus tantum digitis, posteriori nullo.

Capita harum avium præ reliquis sui generis sunt circinata magis, prout capita columbarum, quas **Morelchen** nostrates appellant; forte a cerasis rotundis **Morellen;** Tutius nomen derivatur a græco vocabulo: Μορύτος, quod stupida avis est; Dotterel *anglis* idem significat; unde *Gesnerus:* **Ein Vogel gemein in Engelland; möchte von seiner Thorheit ein Thor genennet werden.** *Albini* figuræ satis accuratæ.

VI. Gavia Littoralis; Morinellus littoralis s. Hiaticula; **See-Mornel. See-Lerche,** The Sea-Lark, *Will. Raj. Albin. I. 80.* Alouette de mer vid. *infra No. IX.*

Circiter dimidio major Alauda cristata; reliqua vid. apud autores. Mas et fœmina in Aviario Bareith. In cavernis ad littora latitat.

VII. Gavia Morinella Altera; Morinellus cinereus. The Dotterel *Albin I. 63.* **Grauer Mornel.** vid. aut.

VIII. Gavia Brachyptera, Vocifera. Vanellus vociferus. The Chattering Plower; Pluvier criard; Kildeer *Virgin.* a voce; *Catesby p. 21.* **Lang-geschwantzter Mornel, Gybitz.**

Forma similis Vanello, Gaviæ I. Capite in plumis glabro; in fronte nigram habet maculam; a rostro per genas et collum in pectus descendunt coluri nigri; corpore inferiore albo; dorso fusco; remigibus nigris; rostro rubente, in exitu nigro; pedibus tridactylis coloris loturæ carnis.

IX. Gavia, quæ Pluvialis Arenaria Nostra *Raji;* alias Curwillet; an Morinellus marinus of Sir Thomas Brown? The Turn-Stone or Sea Dottrel, Alouette de mer; an Cinclus *Turneri? Will. Catesby p. 72.*

Avis 40 milliar. ab insula Florida in nave consedit, lapides 3 librarum invertens, etsi parva avis, habens unciale rostrum. *Catesby* hanc declarat Sea-Dottrel *Willughbeji* eique in optima forma posticum digitum dedit, annuente *VVill.* qui de sua ave scribit: *postico donatur*, cum tamen ejus figura non nisi tres digitos anticos, nullum posticum, exhibeat; suspicamur ergo, vel quod particula *non* sub prælo evanuerit, *Ca-*

Fam. II. *tesbejum*que textum *VVill.* ſit ſecutus, vel, prout in reliquis ejusmodi avibus, digitum poſticum ſpurium. Forſan *Catesbeji* avis eſt *VVill.* Stint, an Cinclus prior *Aldrovandi* vel Junco *Bellonii*, quam Galli Alouette de mer appellant, de qua *VVill.* poſticus digitus exiguus eſt. Sic et *Albin II. 74.* The Sanderling, called alſo Curwillet about Penſance in Cornwall, marem et *Vol. III. 88* fœminam cum digito poſtico pinxit (vid. *Dale p. 401.*) interim tamen ſcribit: „Feet and Claws black, and which is eſpecially *remarkable, it wants the back Toe*„ i. e. in *ſpecie notandum:* quod poſtico digito careat. Dolemus inſuperabilem aliquando ſollicitudinem de conciliandis figuris, quas nobis propinarunt autores. Idem judicamus de *Albini* Small Water-Hen, Poliopo, Gallinula minore, *Vol. II. 73*, hancque avem non niſi digitum poſticum ſpurium habere, ob textum: „The hind Toe very ſhort.„ Huc quoque pertinet avis Dulin *VVill.* et *Raji;* de qua legimus: „poſticus digitus breviſſimus.„

X Gavia ſ. Vanellvs Indicvs. The black-breaſted Indian Plower, *Edward I. p. 47.* **Schwartzbruſtiger Kywit.**

Crura ejus longiora cruribus pedibusque Gaviæ I, roſtrumque differt, quod a radice ad medietatem usque tenuius ac verſus exitum tandem in cuſpidem exeat, nullumque veſtigium neque cicatricem poſtici digiti habeat. Criſtam gerit plumaceam ex nigro in viridem colorem vergentem. Corporis ſuperior pars cum tectricibus alarum fuſci coloris. Guttur pectusque ad crura usque nigricant, partim ſuper violaceo varia ſunt. Rectrices nigræ, ſuperne albo colore variegatæ; pedes nigri. De *Gamron* ex Perſia autor obtinuit avem.

GENVS V.

G. V.

Himantopvs *Plinii; Sibb. Marſil.* **Dünn-Bein, Riemen-Bein.** Mathoen, *belgis.* Loripes. Perperam *Hæmatopus* ſ. pica marina *Bellonii.* Hæmantopus *Gesn.*, ſive crurum ſanguineum colorem, ſive obſequioſam, fere lori modo, flexilitatem ſpectemus - vix enim alia avis tam procera crura cum tanta exilitate habens reperta. *Sibbaldus p. 19* avem oculis ſuis ſubjectam optime deſcripſit: „Magnitudine (trunci) Vanellum parum ſuperat; Longitudo a capitis vertice ad medii digiti extremum habet 20 uncias; roſtrum rectum duas uncias cum dimidia longum; Collum tres uncias; Crurum altitudo a trunco avis ad unguem medii digiti duodecim unciarum. Roſtrum totum nigricat, ex utraque parte interiore ſulcatum. Lingua candicans, brevis, in mucronem faſtigiata. Color in capite & collo prono albus, in dorſo & alis niger, pauco ſubviridi admix-

admixto; Caudæ et colli pars ſuperior ex albo & cinereo. Partes pronæ omnes albæ. Crura ſanguinei coloris prout et digiti, medio cum exte- Fam. II.
riore breviſſima membrana juncti. Videtur magis ad volatum quam ad curſum comparata avis, ob crurum & pedum longitudinem & exilitatem; falſum, ut *Oppianus* de hac ave, quod maxilla inferior fixa & ſuperior ſolum moveatur; *reliqua apud Sibbaldum* & figuras Tab. XI. & XIII licet rudes; nec errore palpabili carent, quod *digitos duos anticos unicum poſticum* pinxerit, cum tamen dixerit: *medio cum exteriore membrana juncto.* Rectius *Gesn.* „digitis duntaxat ternis, ſicut in Biſtarda; Oenade *Rondel.* Morinello *Caji.*„ Pluvialis & Cana petiera *Bellon.* ejusdemque *pica marina.* Præcipuum ejus pabulum muſcæ ſunt. De ea *Marſillius:* Videtur ſane non curſu tantum valere, ſed & volatu hæc avis; quoniam oblongæ ejus alæ ſunt ita, ut longiſſimæ ejus pennæ caudam ſeu uropygium duobus aut amplius digitis excedant. Digitos bene pingi curavit *Marſillius*, nimis licet fortes, prout et tibias cruraque.

GENVS VI. Gen. VI.

Ostralega. Augſter-Man. Hæmatopus *VVill. Bell.* Pica marina *Bell.* Pica marina (ut vulgus in anglia nominat) *Jo. Caji* rarior. p. 92. Pes rubet, et digito poſteriori deſtituitur. The Sea Pie *VVillughb.* p. 220. The Oyſter-Catcher, le Preneur d'huitres, *Catesby p. 85.* qui de ave ſua: „This Bird ſeems to be the Hæmatopus of *Bellon. VVill.* not withſtanding, there is ſome ſmall difference in their deſcription.„ Pondus æquabat 1. 2 unc. roſtrum habet rubrum Ciconiæ ſimile, ad radicem dentatum, læve verſus exitum; iris lutea in circulo rubro; proxime ad oculum inferne parva curva, albaque macula; Caput collum et totus truncus ſuperne nigricantia, inferne pars corporis ſordide alba; extremæ tectrices alarum transverſim albæ; cauda brevis; avis macroptera; pedes ſatis alti rubent; unde Hæmatopus. Digiti non niſi tres (trois doigts à chaque pied ſans ergot par derriere) ipſi pedes ſquamati. Fœmina caret circulo oculari rubro, iridem ambiente. Carolinæ & ad inſulas Bahamenſes tempore fluxus maris Oſtrea venatur. Eſt itaque *Catesbeji* Oſtralega *varietas Picæ marinæ Bell Liv. IV. de la nat. des Oiſ. p. 203;* ſive Hæmatopi en grec & latin, Pie ou Beccaſſe de mer en françois; cujus deſcriptionem vide; ibi quoque: „Il n'a que trois doigts en ſes pieds, „qui ſont enſeignes, qu'avons trouvées en *Pline*, qui dit en cette ſorte, „au XLVII Chap. du X Livre: *Hæmantopus* multo minor eſt quam Por„phyrio, quanquam eadem crurum altitudine: roſtrum quoque et crura „rubent.

„rubent. Nascitur in Ægypto, insistit *ternis digitis;* lesquelles choses „trouvons facilement convenir à ceste Pie de mer, qui autrement nous est „aucunement rare en France.„ Hanc Avem *Carol. Linnæus* Fauna Suec. n. 161 descripsit tit. Hæmatopus non Himantopum *Gesneri;* quæ ambæ aves quidem similis pene nominis sunt, multum tamen ab invicem diversæ. Himantopus, quod sciam, nostris in oris nunquam visus.

§. XV.

Fam. III.

FAMILIA TERTIA.

TETRADACTYLVS; digitis duobus anticis, totidem posticis. Vier Zee.

G. I.

GENVS I.

PSITTACVS, ψιτταχὰρ. παπαγὰρ. Ἀνθρωπόγλοσσος. Papegey.

Notissima ex Indiis avis. Crassum & hamatum habens rostrum; cujus mandibula inferior multo brevior superiore; non comparandum cum rostris Accipitrum, nullas aves, more illorum, nedum cum impetu accipiens. Pedes digitique sunt carnosi; Lingua communiter apparet frustum carnis superinductæ holoserico lævigato, figura compressi melonis. Omnes scandunt ope rostri pedumque, rostro pro manu sibi inserviente adscendentibus & descendentibus quasi in scala. Hoc genus multas comprehendit species inter se distinctas magnitudine, coloribus constanter iisdem, rostris, cauda & quæ porro. Nonnullas saltim numerabimus, descriptiones Lectori apud autores citatos commendantes.

I. Psittacvs Alter *Aldr.* Macaow s. Macao, *VVill. Albin* I. 11. Ordinis primæ magnitudinis; colore ruber, alis caudaque cæruleis.

II. Caervleo-Lvtevs; The blew Macaow. *Albin III. 10.*

III. Capite Caervleo. Psittacus major diversicolor. Aracaranga *Marg.* Erythrocyaneus, *Gesn. VVill.*

IV. Vertice Viridi, Cavda Cyanea. Ararauna *Marg.*

V. Kakatoeha Alba, Cakatoon, plumis croceis in capite. Avis Kakataha orientalis, ex insulis moluccis, cristata, candidissima & sulphurea. *Seba* I. 94. t. 59. *Frisch* t. 50. *Albin* III. 12.

VI. Katoeha Tota Alba. Psittacus albus cristatus; *Aldrov.* Hanc Gedani vidi.

VII. Rvfvs, Vertice Nigro, Alis Viridibvs, Femoribvs Caervleis. *Frisch.* IIdæ magnit.

VIII.

Ad §. XXIV.
M. Cerulli sc. Regim.

VIII. RVFVS, FEMORIBVS ALISQVE VIRIDIBVS. *Frisch.* Fam. III. G. I.

IX. VIRIDIS, FRONTE ALBA, COLLO RVBRO. *Frisch.*

X. VIRIDIS, CAPITE CROCEO, FRONTE CYANEA. *Frisch.*

XI. VIRIDIS, CAPITE, HVMERIS ET FEMORIBVS LVTEIS. *Frisch.*

XII. VIRIDIS MAJOR, MACVLIS RVBRIS LVTEISQVE, FRONTE CAERVLEA. *Frisch.*

XIII. CINEREVS, CAVDA RVBRA. *Frisch. Albin* I. 12. genis, utroque latere capitis albis.

XIV. CAPITE LVTEO, FRONTE RVBRA, CAVDA LONGA. *Frisch.*

XV. CROCEVS, CAVDA LONGA, OCVLIS IN CIRCVLO RVBRO, EXTREMIS REMIGIBVS ET PENNA INFIMA CAVDAE CAERVLEIS. *Frisch.* A Peroquet from Angola, sive mas sive fœmina præcedentis XIV. *Albin III. 13.*

XVI. CAPITE NIGRO, COLLARI VIRIDI, LOERI DICTVS. *Seba* I. 63. t. 38 n. 4.

XVII. CAPITE CYANEO, COLLARI LVTEO. *Albin I. 13.*

XVIII. PSITTACVS PARADISI EX CVBA; The Parrot of Paradise of Cuba; Perroquet de Paradis de Cuba, luteus, collo ventreque rubris. *Catesby p. 10.*

XIX. CAROLINIENSIS. The Parrot of Carolina; viridis, capite colloque croceis IIItiæ magnitud. *Catesby* p. 11.

XX. VIRIDIS CAVDA LONGA, MALIS CROCEIS. *Frisch.*

XXI. VIRIDIS MINIMVS, FRONTE ET GVLA RVBRIS. *Frisch.* The small green Parroquet from East-India, *Albin III.* 15. vide: the smallest green and red Indien perroquet, *Edw.* I. 6. qui minimus dicitur; capite, rostro & uropygio rubris, pedibus columbini coloris; cætera viridis. Dantur plures *minimi.*

XXII. COLLO RVBRO, PLVMIS IN CAPITE PVRPVREIS. Avis de Cocho; Psittaci species, mexicana, vario colore, *Seba I.* 94. t. 59. n. 2.

XXIII. EX NIGRO CAERVLEVS, PSITTACVS ROSTRO BREVISSIMO. Blak Parrot from Madagascar; *Edw.* I. 5.

XXIV. VIRIDIS ET LVTEVS, CAPITE CINEREO, BARBADENSIS. The green and yellow Parrot from Barbados. *Alb.* III. 11.

XXV. SVB MENTO NIGER, CAPITE RVBRO, CERVICE PVRPVREA; INFERIORE MANDIBVLA NIGRA, SVPERIORE CROCEA, PEDIBVS CAERVLEIS. Perroquet from Bengal. *Alb.* III. 74.

Fam. III. G. II.

§. XVI.

GENVS II.

PICVS. Picus martius. Δρυοκολαπτης, a pertundendo arbores, Δενδροκολαπτης. Specht; Holtzhacker. Picus secundum *Aldr.* a german. picken. Habent Pici rostrum rectum, forte, quadantenus angulosum & cuneiforme; linguam prælongam, in exitu aculeo osseo dentato munitam ad depromendos Cossos, quam *Frisch* t. 38 ex ephemeridibus *Ac. Reg. Sc. Par.* de anno 1709 exhibuit; conf. *Phil. Transf. Angl.* num. 350. a description of that curious natural machine the Woodpeckers Tongue p. 509. differentias ib. p. 512. Femora Picorum validis praedita sunt musculis; breves habent, ast solidos pedes tetradactylos, digitis duobus anticis totidemque posticis exterioribus duobus pone & retro longioribus; ungues aduncos & acutos ad scandendum in arbores; pennas communiter decem pro cauda rigidasque, lignatum euntibus multum operæ subministrantes. Non nisi insecta, inprimis Cossos pro victu petunt, arbores excavantes & in arboribus cavis vel cavatis nidulantes. Unicæ torquillæ molliores caudæ sunt pennæ, quas tamen scandens exsinuat. Plura juxta *parum decimum & quintum* §. XXXIX. vide Nasutum s. Piperivorum Gen. VI.

I PICVS NIGER, MAXIMVS NOSTRAS, *Gesn. Aldr.* Pyrrhocorax *Agric.* Picus cornicinus; Cornix sylvatica, Holztrahe-krahe; Krah-Specht; Holtz-Hun, *Schwenkf.* The great black Woodpicker, *VVill. Albin* II. 27. Schwartz-Specht 14½'' lang. *Frisch. Linn.* Mas, pro ætate, plus minus rubro occipite; fœmina tota nigra.

II. PICVS NIGER, ROSTRO ALBO, PRIORI MAJOR. Picus maximus rostro albo; the largest white-bil'd Woodpecker. Pic de la premiere grandeur à bec blanc. *Catesby* p. 16. Schwartz-Specht mit weissem Schnabel.

Rostrum albedine eburneum, tres uncias longum, & longitudinaliter canaliculatum inter diademata principum Canadensium eminet; remigibus, qua dimidiam partem, albis, crista plumosa, rubra. Ab oculis ad usque alas descendit linea alba; remiges albicant; pondere avis 20 ℥.

III. PICVS NIGER, TOTO CAPITE RVBRO, ROSTRO PLVMBEO. The large red-crested Woodpecker; grand Piverd à tête rouge. Schwartz-Specht mit feurigem Kopff, *Catesby* p. 17. Pondere 9 ℥, rostro duos pollices longo; collo brevi; sub crista prodit linea alba; genæ albicant pauco

pauco nigro rubroque mixtæ; alæ nigræ 8 maculis longis variegatæ; ventrem habens fuſcum. Fam. III. G. III.

IV. Picvs Niger Minimvs; **kleinſter Schwartz-Specht.** The leſſer black Woodpecker. *Albin* III. 23.

Vertice rubro; brachia habet parcis albis plumis variegata; alarum plumæ cæruleo ſub nigro fimbriatæ; roſtrumque pedesque ſunt fuſca; cætera nigra.

V. Picvs viridis; **Grün-Specht,** *Friſch*, cujus figura, quam dedit, optima. **Graſe-Specht.** *Schwenk.* Picus viridis noſtras, *Aldr.* Picus martius latinor., quia marti ſacer, *Turneri;* Picus medius graminis, *Schwenk. VVill. Albin* I. 18. Κολοιος *Gesn.* Picus viridis vertice coccineo *Linn.* (mas).

VI. Picvs Discolor; **großer Bunt-Specht,** *Friſch.* Picus varius major, *Aldr.* Picus riparius, marinus, **geſprengelter-Elſter-Weis-Specht.** *Schwenk.* The greater ſpotted Woodpecker; The Witwall, *VVill. Albin* I. 19. Picus albo nigroque variegatus, vertice nigro, rectricibus tribus lateralibus utrinque albeſcentibus; maris occiput coccineum.

VII. Picvs Discolor Minor; **kleiner Bunt-Specht,** *Friſch.* Picus varius minor; the leſſer ſpotted Woodpecker, *VVill. Albin* I. 20, Picus guttatus, vel albis & nigris punctis notatus; pic grivelé, *Catesby.*

Aut figura *Albini* minus accurate picta, aut non niſi varietas eſt præcedentis; roſtrum cæruleſcit; vertex rubet in mare, in fœmina albicat.

VIII. Picvs Varivs Minimvs. The ſmalleſt ſpotted Woodpecker; petit Piverd tacheté, *Catesby p. 21.* **Der kleinſte Specht.** Pondere ½. ℥. ſimilis ſequenti forma, non magnitudine.

IX. Picvs Villosvs, Medivs; **rauche Specht.** The Haire Woodpecker. Piverd velu; *Catesby p. 19.*

Quoniam plumulæ dorſi quaſi capillaceæ; pondere 2 ℥, vertice nigro, cervice rubra; genis albis, reliquo capite & collo nigris; ſub genis alba linea, qualis & a collo per dorſum ad usque uropygium extenditur; hæc linea villoſa videtur; alis nigris albo guttatis; cauda nigra; toto ventre albo.

X. Picvs Varivs Minor, Ventre Lvteo. The yellow belly'd Woodpecker; Piverd au ventre jaune, *Catesby* p. 21. **Gelbruſtiger kleiner Bunt-Specht.**

Pondere, 1½ ℥, roſtro plumbeo, vertice rubro intra circulum nigrum;

Fam. III. G. II. ſub hoc alternant duæ albæ totidemque nigræ lineæ; guttur rubet nigro fimbriatum; dorſum ex nigro & albo varium, intermixto colore ex luteo viridi; pectus & venter flaveſcunt, guttatis plumis nigris; brachia nigro-alba prout & cauda.

XI. Picvs Ventre Rvbro. Roht-Bauch. The red belly'd Woodpecker. Piverd à ventre rouge. *Catesby* p. 19.

Pondere 2 ℥ 6 ʒ; vertex cum cervice ruberrima; gula & venter cinerea, ſub uropygio maculis rubris; dorſum & reliquum corpus verticalibus ductibus nigris albisque varium; cauda nigris guttis ſuper albo; pedes cum roſtro nigri.

XII. Picvs Capite Colloqve Rvbris. The readheaded Woodpecker. Piverd à tête rouge *Catesby* p. 20. Pondere 2 ℥, ventre albo, alis caudaque nigris; in medio alarum macula alba; valde familiaris in Virginia & Carolina.

XIII. Picvs Varivs Benghalensis; **Gelbgrüner und ſchwartzbunter Specht.** The Bengal Woodpecker, *Albin* III. 22.

Roſtrum pedesque cinerea; caput dimidium nigerrimum albo guttatum; in vertice plumæ rubræ, pone quas nigredo triangulum deſcribit; collum ad latera album pectusque album, maculis nigris; dorſum ſtraminei coloris; brachia cum alarum plumis profunde flava, albo & nigro colore intermicantibus; rectrices eleganter ex nigro alboque variegatæ. Cauda nigra.

XIV. Picvs Torqvilla; Jynx. **Drehhalß, Wendhalß** *Friſch.* **Naterhalß. Naterzwang. Naterwendel.** The Wryneck, *VVill. Albin* I. 21. Cuculus ſubgriſea macula, rectricibus nigris, faſciis undulatis. *Linn.* fig. Tab. I. n. 78. Turbo *Hermolao.* Manu capta collum torquet, quaſi conſpirare ſe velit, pennas caudæ exponens.

XV. Picvs Brasiliensis, Jacamaciri, *Marg. VVill.* Coloris viridis cum aureo & igneo mixti.

XVI. Picis Congener Cvrvcvi, *Marg. VVill.* Fere magnitudine Picæ; oculis cæruleis, circulo aureo; pectus & infimus venter miniati coloris; dorſum & ſupera cauda ex cæruleo & igneo vireſcunt.

XVII. Picvs Viridis, Svpra Vropygivm Lvtescens; Ad Radicem Rostri Et Ab Inferiori Mandibvla Ad Latera Capitis Nigra Linea Cvrva, Remigibvs Alarvm Nigro Fvscis, Albis Pvnctis Transversalibvs, Tectricibvs Flavicantibvs; *Edw.* II. 65. ex Norvagia.

Nimis

Nimis auſtere judicat autor, quod climata borealia (the Northern Climats) non producant aves coloribus diſtincte bellis, nedum quadrupedia, quæ griſea eſſe dicit, quandoque alba. Fam. III. G. II.

Notandum: Quod Sitta ſive Picus cæruleus dictus, & Certhia nec non Picus murarius, vel ſecundum *VVill.* Lib. II. cap. V de Picis *minus proprie dictis*, non ſint hujus loci; & quod Picum pedibus tridactylis *Linn.* in actis Stockholm. 1740. & *Meſſerſchmidii* ex Siberia *Cat. av. Petropol.* p. 368, nunquam viderim. Notabilis anomalia, ſi pro Pico vero hanc avem agnoſcere cogar.

§. XVII.

GENVS III. G.III.

CVCVLVS. **Kuckuck. Guckug.** Κοκκυξ a κοκκύζειν, cucurire. The Cuckow, a ſono vocis, qua ſemper ſe ipſum nominat. *Friſchius* hanc avem in *Picum* convertit 1) quia vermes, prout Picus, pro eſca habet; 2) quos in arboribus & ſub cortice quærit; 3) quod prout Pici digitos duos anticos, totidemque poſticos habet. Verum enim vero, multæ aliæ aves pariter 1) inſectis veſcuntur, quæ 2) ab arboribus petunt; imo 3) character pedum & Pſittacis eſt communis; nec obſtat, roſtrum Cuculi differre a roſtro Pſittaci, quin quoque differat a roſtro Pici, paxilliformi. Exinde denuo apparet, per eſcam avium nos vehementer falli circa genera & naturalem Volucrum ordinem. Addidit idem clariſſimus *autor* Cuculi *hiſtoriam*, quam exploratam habuit; Huic ſubjungam hiſtoriam, quam me docuit experientia. Adoleſcens & civis academicus 16 annorum in horto noſtro nidum *Currucæ canoræ* obſervavi cum *ovo unico*, quod videbatur juſto majus & ſuppoſititium. Narrantem hoc phœnomenon Parens juſſit, ne tollerem nidum cum ovo, forte fortuna Cuculi. Rem acu tetigit; manſit *unicum* & ſolitarium *ovum*, excludebaturque Cuculus. Tandem plumantem avem cum nido, qui cum ave creverat in caveam translocavi, eodem horti loco relictam. Elapſis paucis diebus, horis matutinis offendi *Currucam inter cancellos hærentem*, cujus caput collumque *Cuculus* gula tenebat, ingurgitare conatus, ſed obſtantibus ſibi alis currucæ extra cancellos. In tali ſtatu transtuli caveam cum avibus in collegium experimentale phyſicum celebris Domini *Gottſchedi* P. P. Albertinæ; qui ratiocinabatur, quod, cum rictus Cuculi ſatis amplus ſit, Curruca vero pullos ſuos non niſi unica vel duabus erucis viridibus glabrisque ſimul nutrire ſolita, fœtus ſuppoſititius citius præſenſæ parentis

Fam. III. Gen. III. caput ad palatum ſuum ſentiat, quam porrectam tenuem eſcam, illudque famelicus pro cibo habens comprehenſum teneat, eſcamque premat, unde ſit, quod Cuculus, non quidem tanquam ingratus pullus, ſed ſtolidus fameque preſſus & nutricem & forte nutritorem enecet devoretve. Hic eſt caſus quidem unicus, quem unquam mihi notum habeo; ecquis autem hunc caſum cum optimo Sene, Dn. *Friſchio*, inſulſum, **abgeſchmackt**, appellare audeat? In *Catalogo* avium muſ. Imper. *Petropolit. p. 362* Cuculus audit: avibus rapacibus diurnis congener. *Cyprianus* ad *Franzium* p. 130 fabuloſam vocat narrationem tribus ex rationibus; confer. *Rollenhagen* **wahrhafte Lügen;** *Neander* & *Ephem. Nat. Curioſ.* ab autore citati.

I. Cvcvlvs Vvlgaris, Nostras. **Guckauch, Gucker, Guckufer,** *Schwenkf.; Olina* & omnium autorum.

Friſchius tres figuras exhibuit; Adulti in libertate; alterius in muſeo ſuo enutriti; & juvenis liberi aëris; cum quibus conferantur figura *Albin I. 8.* & aviarii picti Bareithani. Avis *Albini* fuſcos habet pedes, qui alias fere aurei ſunt coloris; tempore autumnali bene ſaginatus Cuculus eſt, valde pingueſcens.

II. Cvcvlvs Caroliniensis. The Cuckow of Carolina. Coucou de la Caroline *Catesby p. 9.*

Roſtrum videtur aliquanto magis incurvum, quam roſtrum noſtratis, diciturque alienam vocem pronunciare a voce Europæi. Totus venter albus, reliquo corpore cinereus eſt, cauda anguſta & longiore.

III. Cvcvlvs Alis Deavratis; **Ringel Guckug mit vergoldten Flügeln.** Picus *Catesbeji p. 18*, the Goldwinged Woodpecker; Gran Piverd aux aisles d'or.

Pondere 5 ℥; roſtro duas uncias longo; non ſolum ex ramis ſed & juxta radices eſcam a vermibus quærens; Gula inferior nigra; vertex plumbeus, ad cervicem macula rubra; collum ex fuſco rubrum; fuſcæ plumæ dorſales ex nigro ſquamatæ; caules remigum deaurati; in medio pectore ſemilunium nigrum.

IV. Cvcvlvs Brasiliensis, Aracari *Margg.* Xochitenacatl altera, *Nieremb. VVill.* p. 96. qui picis martiis avem accenſendam arguit, roſtro ſingulari; potius inter Cuculos obtinet locum.

V. Cvcvlvs Andalvsiae; cauda longa, nigra; parumper neglecta, in exitu obtuſe acuminata; inferiori mandibula ſubtus leviter anguloſa, nigra; oculis in linea nigra inæquali, corona plumoſa ſed neglecta, plumbea; corporis parte ſuperiore fuſca; alis ex albo maculatis; inferior

Ad §. XXX.
M. Cerulli fc. Regiom

ad §. XXX. n. 34.

ad ♄ph. XXXVII.
n. 1.

ad ♄. XXX. n. 34.

inferior pars ex rufo vergit in aurantium colorem. The great ſpotted Cuockow, *Edw.* II. 57. Fam. III. G. III.

VI. CVCVLVS EX CAERVLESCENTE NIGER, ROSTRO FLAVO; PEDIBVS BREVIBVS SORDIDE LVTEIS; BENGALENSIS, Cuckeel dictus. *Edw.* II. 58. The black Indian Cuckow.

VII. CVCVLVS BENGALENSIS, EX FVSCO, RVFO ET CINEREO A CAPITE AD CAVDAM VARIVS; the brown and ſpotted Indian Cuckow. *Edvv.* II. 59.

VIII. CVCVLVS JAMAICENSIS, MAJOR; the Rainbird, *Sloane* Tab. 258. f. 1. A nother ſort of Rainbird *ib.* f. 2.

§. XVIII.

GENVS IV.

Gen. IV.

ISPIDAE & ALCYONVM cauſa multis ambagibus circumſcripta eſt, conſequenter & avium, quæ ſub his nominibus apparent (†). Antiqui hæſitarunt, cuinam avi Alcyonis nomen imponerent; interim notum eſt, quod ſomniarint, Alcyonem in mari, quando tranquillum eſt, nidulari, unde Al-Halcyonia i. e. tranquillum mare; imo & plantæ quædam marinæ, aliquando quisquiliæ, nomina ſua ab Alcyonibus trahunt; illud, quod de nido avis & de nidulandi modo narrarunt veteres, omni probabilitate caret. *Ariſtotelis* (Lib. IX. 14) temporibus: omnium rariſſimum fuit, vidiſſe Alcyonem; & *VVillughbejus* quærit: Iſpida, an veterum Alcyon? Cum tamen *Iſpida* nunquam in mari, raro ad ſtagna, ſed in altis foraminibus horizontaliter ad elevata littora excavatis juxta fluvios nidulatur; ergo non eſt ἀλκυὼν, vera ſi eſſet Alcyonis hiſtoria, cujus potius fabulas in compendio collige apud *Bellon.* p. 218. Recte quidem Iſpida vocatur *avis glacialis*, Eis-Vogel, præ Alcyone, cum media quoque hyeme vel ad rivulos, qui non integri glacie horrent, ſpectetur, ex foraminibus ad venandos piſciculos exiens. Si quando & inter Alcedinem ac Alcyonem differentia eſt, rurſus Iſpida nec Alcedo eſt neque Alcyon, quod Alcedines apes ſectari dicuntur, Iſpida autem piſcibus veſcitur, imo ex ariſtis piſcium ſquamisque nidum ſibi ſtruit, *Bellon.* S. O. p. 142. Si porro dixeris Synonyma Alcedinem & Alcyonem, rurſus comprehendere non poſſum, unde ſit, quod Alcyones in mari nidulentur, ubi nulla apiaria apesve ad ſuſtentandos pullos. Aliquando veteres ἀλκυὼν & ἀηδὼν confundunt, prout Chæremon in *Lucani* Alcyone exclamat: Ὡς ἡδεῖα (vid *Oppian.* & *Thymnæum*

Fam. III. G.IV. *mnæum* Anthologiæ Lib. III. c. 24.) a quibusdam Sirenes vocantur Alcyones ſive ἀλκυόνας; dicuntur enim ejulare cantu flebili, nidis ſuis una cum pullis vi fluctuum abreptis:

Fluctus ab undiſoni ceu forte crepidine ſaxi
Cum rapit Alcyonis miſeræ fœtumque laremque
It ſuper ægra Parens queriturque tumentibus undis. V. Flacc.

Cogimur itaque Iſpidam noſtram, cum peregrinis fiduciarie Iſpidis, ab Alcyonibus vel Alcedonibus ſeparare, quod concedere non poſſumus, noſtrates quidem habere pedes digitis duobus anticis, totidemque poſticis, peregrinas vero Iſpidas ſive aves glaciales, quæ ſub nominibus Alcyonum vel Alcedinum vel Iſpidarum veniunt, habere pedes tribus digitis anticis, uno poſtico; ni ſomniare velimus, *Pſittacos* americanos diverſis præditos eſſe pedibus, præ Pſittacis aſiaticis, vel, quod avis tribus digitis anticis, uno poſtico, Picus ſit; nec ſequitur: Quædam aves a *Seba*, *Catesbejo* aliisque autoribus Alcedines vel Alcyones vocatæ veſcuntur piſcibus, ſpeciemque quandam Iſpidæ noſtratis præ ſe ferunt, ergo Iſpidæ ſunt; Paſſeres vulgares hordea conſumunt; Gallinæ, Columbæ &c. hordeo veſcuntur, nec tamen ſunt Paſſeres. *Seba* & *Catesbejus* avibus, quæ re vera *Iſpidæ ſunt*, tres digitos largiuntur; *Charletonus* diſtinguit *Iſpidam* & *Alcyonem*, illam vocat Piſcatorem regalem & Alcyonem fluviatilem, quoad *Alcyonem* veterum commendans deſcriptionem *Johnſtoni*, ex qua tamen nemo doctior evadat. *Iſpidam* duplicis generis eſſe ait, unam ex India allatam, ſive *mutum Alcyonem*, alteram *vocalem*, ſcil. Alcyonem *Bellonii*, hic non alia eſt avis, quam quæ vulgo vocatur Paſſer arundinarius *Schvvenkf.* vel Junco *Aldr.* vel Cinclus *Turneri*. Halcedo muta *Bellonii*, Halcyon aphonos *græce*, Halcedo muta, ſive major *latine*, martinet pecheur en *françois*. Genuina Iſpida noſtras eſt juxta figuram, quam autor p. 219 de la nat. des Oiſeaux & inter icones à Paris 1557. 4to fol. 50 b. fieri curavit; ubi notandum: quod *digitos duos anticos* & *totidem poſticos* egregie expreſſerit ambobus in libris, & nihilo minus tamen in deſcriptione ejusdem avis *Halcyonis muti* hæc habeat: „C'eſt „l'oiſeau du plus beau plumage, que connoiſſions - il a les pieds d'une „*autre ſorte* que les autres oyſeaux (hactenus bene, ſed perperam ſcri„pta quæ ſequuntur) Il n'a qu' *un doigt derriere*: mais de *trois de devant*, „il en a un de la partie du dedans moult court: les deux autres ſont con„joints enſemble aſſez grands garnis d'aſſez bons ongles;„ E contra *Meropem* ſive Apiaſtrum iterum ſatis bene pinxit, quem licet valde ſimilem

eſſe

Ad §. XXXIII.

Cerulli sc.

esse dicit Halcyoni cæruleo (forte ob egregios colores, nec aliter) Martinet pecheur dicto, eique *recte tres digitos* (vid. *Charletoni* egregiam figuram) *unum posticum* dedit, interim tamen hujus avis pedes in textu ita exprimit: „Ses jambes sont courtes, aussi a il peine en se tenant sur „terre: car il a les *pieds d'un Papegay*, scavoir est, *deux doigts devant „& deux derriere;„* Ita *Bellonius* confusa sua multoties avium inprimis historia multos autores in crassas secum duxit caligines. *Albinus* fluviatilem Alcyonem, sive *Ispidam* exhibet, & quasi violenta manu ipsum altero digito postico privavit, nec tamen oculos nostros certiores reddidit, utrum avis tribus, an vero duobus digitis anticis prædita sit. Similem lapsum *Edvvardus* juxta parvas *Ispidas bengalenses*, quæ extra omne dubium nostratibus similes sunt, commisit, eisdemque tres digitos anticos adfinxit. Nobis Ispida sive Martinet pecheur *Bellonii* avis frequens & notissima est; *Schvvenkfeldius* fere solus Ispidam, & qua pedes, optime descripsit: „Pedes humiles miniati, *digitis binis anterioribus* æqualiter divisis, *posterioribus* paulatim a se invicem distantibus.„ Ita & *VVillughbejus:* „pedes aut potius tibiæ perbreves & exiguæ ex parte anteriore nigricant, ex posteriore rubent, ut & plantæ pedum & *postici digiti*„ (de Ispida, an veterum Alcyon.) Dominus *Linnæus* pedes tacuit; cum tamen *Bellon. Gesn. Aldr. Charlet. VVillughb. Raj.* & *Albinum* citaverit. Ad littora maris habitare avem dicit rarius, quæ tamen apud nos nec Ispida, nec Merops magnitudine & tota facie ab illa diversus, ullis temporibus salutat. Fam. III.

(†) Antiquitus, arte typographica nondum nota Germani *aves* non solum sed & *pisces quadrupedia* & *insecta* singularibus, plerumque plane alienis, salutabant nominibus & vernacula & latina lingua; quidni idem contigerit in Graecia & in Italia & Gallia? Ad calcem historiae communicaturus Vocabularium animalium latinum & germanicum circa annum 1420 MSCt. ex Bibliotheca Carthusiae prope Gedanum.

I. Ispida Nostras. **Königs-Fischer.** Alcedo fluviatilis. Halcyon riparia; Alcedo quasi algedo (*), *Schvvenkf.* Kingfischer, Piscator regalis, *Charl.* **Eyß-Vogel** *vulgo.* Ispida *Linn.* Halcedo muta, Martinet pecheur, *Bellon.* qua figuram, Merops qua descriptionem pedum *Ej.* in imaginibus avium: Αλκυὼν ἄφωνος, Ispida, Plombina, Piscator, Martinus piscator, regius Piscator, Halcyon fluviatilis, Halcedo major; Piumbino, Ucella di sancta Maria, Ucello pescatore *Olina fol. 39.* Cauda admodum brevi.

Fam. III. Falſa huic avi domicilia aſſignavit *Bellonius*, inquiens:

Le Martinet peſcheur fait ſa demeure
En tems d'hyver au bord de l' ocean:
Et en été, ſur riviere ou Eſtan:
Et de poiſſon ſe repaiſt à toute heure;

Cum tamen inprimis hyeme ad fluvios rivulosque appareat. L'inverno ſi vede etiam dio per i foſſi appreſſo l'habitato, maſſime in tempo di ghiaccio, e gran freddo. L'eſtate ſta in luoghi ritirati, e dove ſia freſco, attorno però all' acque. Cova nelle rive &c. Vola fuor di modo raſente l' acqua; *Olina.* Plura Parte III ubi de hybernaculis avium. Pedes ita ſunt comparati in digitis: qui antici dicuntur, videntur quaſi coaliti, ad ultimum articulum diviſi, in unguiculos acutos terminantes, pedibus plane anomalis, quod planta longitudinaliter protenſa ita ut poſtici digiti quaſi ad latera poſiti, altero dimidio breviore anticis, poſtremo quadantenus longiore præcedenti. Cum conſidet avis, transverſarii videntur digiti, quod primo poſtico prout noctua, quieta ſedens, utitur & tanquam anticorum extremum pone reponit vicesque poſtici ſubire jubet, rurſusque ut noctua pro capienda præda in ſubſidium ante extendit. Ejus cauſæ inadvertentia circa Ululas & Iſpidas plurimos, qua pedes anomalos, fefellit autores.

(*) Alcedo, quod prae caeteris avibus, pullos ſuos ſedule alit. *Guarinus* veron. vocabul. breviloquio. - Alcyone eſt avis marina, quae in hyeme in ſtagnis oceani nidos facit, qua excubante fertur pelagus ſtantibus ventis continua ſeptem dierum tranquillitate putreſcere, & ejus fetibus educandis obſequium ipſa natura praebere, vel dicitur ab *Alcyone* uxore *Ceicis. Idem.*

II. Ispida Bengalensis. **Der kleinſte Königs-Fiſcher.** The littles Indien Kingfiſhers, *Edvv.* I. II. Cauda admodum brevi.

Satis cum noſtrate (ſit altera avis mas, altera fœmina) qua colores totamque faciem, conveniunt; licet laudatus autor digitos non obſervaverit, nedum in deſcriptione vel unico verbo appellaverit.

III. Ispida Cristata; Alcedo Cristata Orientalis, Elegantissime Picta. *Seba* I. p. 104. Tab. 67. n. 4. Cauda admodum brevi.

Autor hanc avem pro Alcyone veterum habet, inquiens: Nautæ & alii per mare iter facientes viſis his avibus tranquillum ſibi mare auramque ſerenam promittunt. Non e re navigantium eſſe ſolet mare tranquillum, modo non impetuoſum; an aura ſerena nec ne, ipſis perinde, vento

vento ſecundo. Dicitur in cautibus maris nidulari, quas tamen navi- Fam.
gantes ſollicite evitare ſolent; Forte in rupibus littoralibus nidulatur, ſus- III.
que deque habens malam tempeſtatem in mari. Coronam habet cæruleam; collo & corpore ſupero ultramarini coloris in purpuram reſplendentis; alis turcoidibus; remigibus nigris, ex cœruleo variegatis.

IV. Ispida Rostro Albo. Alcedo Americana ſeu Apiaſtra; *Seba* I. p. 87. t. 53. n. 3; cauda admodum curta. **Weis-Schnabel.**

Vult *autor* apibus ſeſe ſuſtentare Alcedinum familiam; communiter enim, ut ſupra diximus Alcedo, Alcyon & Iſpida pro Synonymis ſumuntur; quaſi vero Saguoin & Ourang-Outang Synonyma ſint. Doctiſſimo *Linnæo* Iſpida Merops eſt ſive Apiaſter ad littora maris habitans, hoc de Iſpida quidem dici poteſt non de Merope; hanc in campis, plerumque incultis, qui ſylvis vicini, habitare novimus; nec ad littora apiaria vel veſparia reperiuntur, neque in alto mari vel in rupibus pelagi, ut Halcyon pullos ſuos enutrire queat, eadem ſi eſſet cum Alcedine vel Iſpida avis. Hujus caput collumque ſpadicei coloris ſunt ex purpura varia; thorax venterque ſulphureus, remiges cinereæ; dorſo & tectricibus cæruleis; ad latera purpureis .Avicula Iſpidæ noſtrati ut ovum ovo ſimilis.

V. Ispida Rostro Lvteo. Alcedo Amboinensis Cristata. Toborkey *Seba* I. p. 100. t. 63. n. 4. *Valent.* III. p. 319. **Gelb-Schnabel.** Cauda brevi.

Pedibus quoque luteis; cætera e viridi, luteo & cyaneo varia.

VI. Ispida; The King-Fiſher, l'Alcyon *Catesby* p. 69. Capite amplo plumoſo; **Rauchkopff.** Cauda curta.

Ex avibus, quæ Alcyones vocantur, *cauda brevi*, forte maxima; magnitudine Sturnum adæquans; capite craſſo, inordinatis cæruleſcentibus plumis criſpato; ſub oculis nigris lineola alba; in fronte macula alba; collo albo, quem colorem in pectore ſequuntur zonæ cærulea & rubicunda; ventre albo, primoribus remigibus nigris, in exitu albis; cauda cærulea; autor ſcribit pedes habere digitis tribus anticis, uno poſtico; vide tamen Iſpidam no. I.

VII. Ispida. The great King-Fiſher from the Rivier Gambia; *Edward* I. p. 8. Cauda longa.

Magnitudine Turdi maximi; cauda alisque thalaſſinis tectricibus purpureis & cyaneis, ſuper remiges in exitu umbratiles, trunco aurantio, roſtro rubro.

Fam. III. VIII. Ispida Ex Albo Et Nigro Varia. The black and white Kingfisher; *Edw.* I. p. 9. **Persianer.** Cauda longa.

Ex Gamron in Persia; rostro nigro, duos pollices longo; alis cruciatis super cauda procera; collo brevi, capite producto.

IX. Ispida Svrinamensis, Cavda Longissima Dvabvs Pennis Excvrrentibvs Fvrcata. The Swallow-Tail'd Kingfisher, *Edvv.* p. 10. **Schwalben-Schwantz.**

Pennis cauda duabus duplo reliquas superantibus & flexibilibus. Rostro nigro acuto; capite fusco; gutture albo; dorso e cæruleo nigro, qui color in pectore dilutior; pedes nigri; soli expositæ avis colores melius ludunt, quam in mellisugis. Autor ratus est, Meropem europæam ab illa non nisi cauda & rostro differre; me judice ambæ aves diversæ inter se sunt.

Plures a *Rajo* in Synopsi p. 50 recensitas in medio relinquimus.

GENVS V.

G. V. Tavraco; regia avis, *Edvv.* I. p. 7. The Crown Bird from Mexico. *Albin* II. 18. Rex Guineensis; **Krohn-Vogel**; nova dicitur avis.

Inter aviculas habemus regulos; quidni etiam haberemus regem? *Edvvardo* hæc avis apparet similis Picæ glandariæ; quod non dixerim; elegantissima est, rostro brevissimo, in capite condecorata plumis, qualibus se distinguunt Reguli africani. *Albinus* avem nec bene pinxit, nec recte descripsit, neque solum natale recte indigitavit; non enim mexicana est, sed guineensis, ex Africa septentrionali, versus regnum Congo, Capiti bonæ spei conterminum.

GENVS VI.

Gen. VI. NASVTVS, qui Piperivorus; **Hohlschnäbler; Pfeffer-Fraas.** Vulgo. Pica Brasiliana. Nec Pica nec Picus est.

De rostro *Will.* „Duos palmos fere longum, unum latum, ab inferioris partis initio ad superioris extremitatem dimensum; inferior pars, ubi crassior est, videlicet prope oculos, duplo minor est superiore, & prope finem, ubi recurvum est, etiam triplo. Substantia est tenuissima, instar membranæ (**Pergament**) sed ossea (potius cornea) splendida, lævissima, cava atque aëris intus capacissima.„ Nonnullarum rostra breviora, quædam longiora sunt, nec tamen acies omnium serratæ, ut opinantur *Aldr.* & *Will.*

VVil-

Willughbejus de pedibus: Suſpicor ego, digitos pedum in hac ave Fam. Picorum more diſpoſitos eſſe, nimirum *binos ante*, *totidem retro*, nam III. et talis eſt conformatio pedum Aracari *Marggr.* avis huic ſimillimæ, & *Thevetus* binos tantum anticos icone exhibet. *Bellon.* Hiſt. des Oiſ. III. c. 28: Nous n'ayant veu l'oiſeau-n'en pouvons dire autre choſe, ſi non que par ſoupçon eſtre-de *pied' plat.* - Pour faire voir quel eſt ce bec, en avons cy mis le portraict.

Sic nec roſtro, nec pedibus, nec cauda, & quæ reliqua, Picam dixerim hanc avem; nec ſuſpicionem *Will.* quod ſit Picus, meam facere poſſum, etſi ejus pedes comparati eſſent, prout Picorum & reliquarum illius familiæ; Pici enim ſua natura lignarii ſunt, roſtro forti ad perforandas arbores utentes, ad quem laborem ſuſtinendum natura ipſis pedes breves validosque & digitos binos anticos totidemque poſticos cum unguibus lunatis, acutiſſimis conceſſit, roſtrum vero ſolidum, rectum &, quantum ſatis, longum, pyramidale, aliquantum anguloſum, ne perforando vel pulſando in foraminibus cum ligno cohæreant. Sic Picus collum obfirmans, ſecundum directionem roſtri, tanquam mallei, totum truncum ſurſum & deorſum movet, cruribus, pedibus caudaque immotis & arborem prementibus; integrum itaque corpus loco manubrii, caput roſtrumque mallei loco ſunt. Hoc de Naſutis vel Piperivoris dici nequit, unde in ſuſpicionem nobis venit, quod ipſis natura fruſtra dediſſet pedes Picorum pedibus ſimiles. Porro, ſi figuræ apud *Aldrov.* Lib. XII p. 802 & 803, altera ad vivum picta, altera ex Theveto, nec non figura Aracari *Marggr.* & Picæ braſilienſis *Albini* II. 25 ſollicitius conſiderantur, deprehendimus, Piperivorum, prout Picos truncum arboris, forte ad inveſtigandos Coſſos, frequentare non poſſe, cum roſtrum adſcenſum impediat, ave egregie naſuta, ut inter ſcandendum vel arbori parallelum exporrigere, vel capite retrorſum verſo in dorſum reponere cogeretur; nec, quantum novimus, avis vermipeta eſt, ſed ſemina plantarum fructusve, inprimis piperiferæ quærit. Quod vero ad pedes attinet, qui Picorum pedibus ſimiles eſſe dicuntur, nec oculatiſſimus apud *Marggravium* alios, quam negligenter adumbratos pedes offendet, quorum digitos divinare non licet, utrum binos vel tres ſive anticos ſive poſticos habeat Naſutus; *Theveti* autem figura Picæ braſilianæ alterius apud *Aldrov.* & *Jonſton.* non niſi duos ante & unicum pone, ſicque tres tantum digitos oſtendit, econtra prima *Jonſtoni* Tab. 56 tres digitos anticos & unum poſticum exhibet, quot etiam habet figura *Aldrov.*, quam ad vivum expreſſam eſſe ipſe teſtatur; interim *Willughb.* ſuſpicatur pedes Pi-

Fam. III. Gen. VI. corum pedibus ſimiles; forte quod *Jonſtonus* mutuatam Tab. 60 *Margravii* iconem avis Aracari in meliorem vertere cupiens Picorum pedes, ſibi in memoriam revocatos pinxerit. Inter ejusmodi hallucinationes veſtigia pedum apud *Willughbejum* premere conſtituimus, nec ſpem noſtram fruſtravimus; nuperrime enim *Edwardus II. 64* effigiem Toucani avis eleganter & procul dubio accurate pictam ac deſcriptam cum publico communicavit, & expreſſe commentatus eſt: „The *Legs*, *Feet* and „*Claws* are of a light blue, or violet colour; it perches with *two Toes* „*forward* and *two behind* in each Foot.„ Ideo tamen nec Picam nec Picum dixerim avem hanc, quæ potius proprium genus conſtituit. Ad hoc omnino pertinere videntur Aves Rhinocerotes, nomine proprio Topau vocatæ, quarum roſtra Tucanæ roſtris ſimilia, cornea, cava atque aëris intus capaciſſima. Integræ avis effigiem nullibi hactenus cernere nobis licuit; & *Wormius* de ipſa ave ſcribit: Totam avem qui deſcripſerit, aut de ejus natura quippiam tradiderit, neminem adhuc vidi, quo circa nudo roſtro contenti ut ſimus, neceſſum eſt; Dn. de la *Condamine* non niſi ſequentia habet: Toucan, dont le bec rouge & jaune eſt monſtrueux à proportion de ſon Corps, & dont la langue, qui reſſemble à une plume deliée, paſſe pour avoir de grandes vertues, n'eſt pas non plus particulier au pays, dont je parle, *p. 172*; & apud *Beslerum* Tab. 19 menſuram roſtri 6'' 3''' legimus cum ſubſcriptione: Hujus avis inſolens magnitudo; caput duorum dodrantum, cirris ornatum nigris; roſtrum recurvum, non rapacium more, ſed inſtar arcus cujusdam. Cornu e fronte enaſcitur, rhinocerotis cornu non diſſimile, ſed in fine recurvum. Color in ſuperiore & inferiore parte miniaceus, in media luteus, in margine linea nigra obducitur. Sic Naſutorum duas habemus ſpecies:

I. Nasvtvs Simpliciter. Xochitenacatl *Nieremb.* Tucana ſ. Tucan, forte etiam Aracari *Marg.* Avis piperivora *Aldr. Will.* Pica braſilienſis, the Braſilian Pie, *Albin* II. n. 25, quem vapulare dicit *Edwardus* in deſcriptione Toucani, II. p. 64. Rhamphaſtos, Hipporynchos & Burynchos, *aliis*. **Hohlſchnäbler, Pfeffer-Fraas.** Ni fallor, 6 vel octo roſtrorum varietates habui in muſeo olim meo.

II. Nasvtvs Rhinoceros. Topau *Wormii*, *Aldr.* roſtro compoſito *Will.* t. XVII & aliorum autorum. Deſcriptionem avis in ipſo volatu occiſæ, cum Turcas Chriſtiani ad Naupactum ſuperarunt, vid. apud *Jonſton.* de avibus p. 46 & *Anton. Deuſingium* Diſſ. de Unicornu p. 43. **Geflügeltes Naſehorn.**

§. XIX.



Ad §. XXXVIII.

§. XIX.

FAMILIA QVARTA

Fam. IV.

TETRADACTYLVS, DIGITIS SIMPLICIBVS, VNICO POSTICO.

Genera familiæ quartæ numerosissimæ in multas stirpes excreverunt; numerabimus Genera summa, & pro re nata singulorum Tribus.

GENVS I.

G. I.

ACCIPITER (*) Hab ich? Habicht. Fang-Vogel. Hapch.

Accipitres dicuntur, qui animalia in terris avesque in libero aëre, nonnunquam & pisces venantur, impetu in illa ruunt, & ante digitis prehensa tenent, quam vel in terra vel in arboribus prædam consumant. Vultures fame pressi & recentia cadavera frequentant.

(*) Derivari solet ab ὀξύπτερος i. e. longas & in acutum exeuntes alas habens. Verum enim vero, hac ratione permultas aves dixeris Accipitres; & quare non *Occypteri* vocati? Cum *Aristoteles* peculiare genus occypterorum constituit; ergo Accipiter per Occypterum explicari non debet; quin potius a capere, accipere quid, vel cum impetu, derivationem habeat, ita ut Accipitres sint aves omnes pro praeda accipientes alia animalia. Alae fere omnium avium terminantur in acutum & in latum expanduntur ad volatum. *Schwenkf.* unicae speciei nomen imposuit: Hapch; Hab ich? ab haben, habere, behalten, tenere happen i. e. arripere, apprehendere *Gregor.* moral. lib. 33 c. 16: Accipere aliquando auferre dicimus, unde aves, quae alias rapiunt, accipitres vocamus.

§. XX.

GENVS I. TRIBVS I.

Tr. I.

AQVILA. Adler. Inter aves tetradactylos digitis solutis meretur locum supereminentem. Regem dixerim Accipitrum, cum alii appellaverint Regem avium rapacium. Nemini reliquarum rapit, quod suum est. Alimenta quærens alituram capit, quam naturæ suæ convenientem Creator ipsi pro sustentatione sua imperavit. Sic Leo Ovem non nisi in alimentum lacerat, citra hanc necessitatem Oves pabularentur inter Leones, salvæque manerent in pascuis. Colonis pretium solvere nescit Leo, ut cöemeret commesturam, prout homines solvunt Bovem, ut mactent. Temere itaque a quibusdam capitosis & austeris inter eruditos hominibus vitio vertitur magnatibus, quod Aquilam, tanquam avem rapacem, vel Leonem laniatorem inter insignia illustriora collocent, non consi-

Fam. IV. G. I. Tr. I. considerantes hujusmodi animalium innatas virtutes, quarum Reges memores esse cupiunt. Plura de Aquilis §. XXII. Species sunt:

§. XXI.

I. Aqvila Chrysaetos, **Gold-Stein-Adler.** Aquila fulva s. aurea; The Golden Aigle, *Raj. Will.* Aquila regalis, *Schwenkf.* Orzel przedni, *Pol. Albin* II. 1. figura minus accurata. Falco, cera lutea, pedibus lanatis, corpore rufo. *Linn.*

Maxima; Ex Nehringa nostra altera 13 libras, altera ex sylva Grebini 16 libras pondere æquabant (*). Rostrum superabat 5 uncias, mox a cera (quæ omnibus Aquilis communis est) incurvatum; circa radicem ultra duas uncias latum, & in exitu insigni unco donatum, coloris terrei, cæterum cornei & cærulescentis coloris. Lingua canaliculata, prout & mandibula inferior, ad deferendum sanguinem prædæ, quod nemo Accipitrum aqua pro potu utitur; crura ad pedes usque lanata Ferrei coloris, sicut in nonnullis vulturibus; pedes aurei; alæ terrei coloris; cauda tota vel alba, vel cum reliquo corpore castanei in aurum vergentis coloris, intersparsis dorso & ventre plumis albentibus. Unguibus multum valet, Capreolumque infestare audet. Aquilas longævas esse, vide *period. vitæ humanæ coll. cum brutis.* Anno 1719 Viennæ austr. Aquila mortem obiit, quæ quatuor annis ante sæculum libertate sua fuerat privata (CIV annorum).

(*) *Will.* opinatur, quod Chrysaëtos *Pygargus* sit; diversae tamen speciei sunt aves. Per excellentiam illa Ἀετὸς vocatur, ab Ἀείρω concitus feror, cum impetu ruo; licet haec potestas & Falconibus propria; imo Falco videtur impetuosior Aquila. Caeterum Accipitrum fœminae majoris staturae sunt prae maribus, mares vero animosiores, bellicosi, fortesque prae fœminis.

II. Aqvila Pygargvs; Albicilla, quibusdam Hinnularia, *Will. Raj. Gaza* **Weiskopff; Gelb-Schnabel.** The Tawn-Killing-Aigle an Erne, *Angl.* Falco cera flava, rectricibus albis, versusque apices nigris. *Linn.*

Rostrum pedesque habet aurea, caput ex cinereo albicans, rostrum inter & oculos copiam plumarum crinitarum. Uncus mandibulæ superioris pollice superat inferiorem; in collo superiore plumis est rubentibus; cætera ferruginea, & ad uropygium nigricat, pondus habebat ex Sylva Grebinensi 9½ librarum. *Catesby* p. 1. Aquilam capite albo virginiensem & carolinianam, Aigle à tête blanche, Bald-Eagle, aigle chauve, **Glattkopffigen Adler. Weiskopff** exhibet; non quidem capite calvo, sed

ſed plumis brevibus glabro, quam pro varietate Albicillæ habemus. Hinnularia dicitur, quod hinnulos Cervorum perſequitur. Hæc avis præ reliquis Aquilis Aëtitem in nidum ſuum inferre perhibetur; vid. *Nomencl. promotum* Tit. AETITES. Fam. IV. G. I. Tr. I.

III. AQVILA SIMPLICITER; *anglis* Chryſaëtos, cauda annulo albo cincta, *Raj. Will.* Eagle. **Kurtz-Schwantz mit weiſſem Ringe.**

Magnitudine Gallo-pavonis; cauda brevi. Roſtro circa radicem paulo lentius incurvato, quam Chryſaëtos, Aquilæ I; reliqua cum hac conveniunt.

IV. AQVILA VALERIA ſ. MELANAEETVS, *Raj. VVill.* The black Aigle, *Albin* II. 2. λαγώφανος, **Haſen-Adler. Schwartzer Adler.** Varietas eſt: The white Tailed Eagle from Hudſon's Bay, Americæ ſeptentrionalis, *Edw.* p. 1.

Melanætus, quod coloris eſt ſaturate nigri; Valeria, quod corpore manibusque multum valet fortiſſima avis. Ultra genua pennata eſt. Pedibus ex luteo rubentibus, ungues in longum curvati exquiſite ſunt cuſpidati; Roſtrum habet plumbeum, uncum nigricantem; cera lata oculis vicina; minor præcedentibus tribus. Chryſaetos I. varietas, cauda tota alba, cum americana Edwardi non eſt confundenda. Nec credas illam ad nos transmigrare.

V. AQVILA OSSIFRAGA *Aldr.* Haliætus *Cluſ.* i. e. **Meer-Adler; Bein-Brecher.** The Sea-Eagle or Oſprey; Bulbuſardus, *Angl.* Orzel tomignat, orzel morski, *Polon.*

Et in volucres & in piſces cum impetu ruit, utque cum præda facilius ex aqua, quam per impetum alte dividit, ſe extollat, natura digitos ſiniſtræ manus aliquantisper membrana conjunxit. A nonnullis dicitur **Fiſch-Ahr,** inhians piſcibus; **Fiſch-Adler** *Baltn.* Pedes habet dilute luteos, ungues præ nigredine lucidos. Plumæ genua ſuperant & per integrum corpus divaricantur ex cinereo, terreo & ferrugineo. Roſtro utitur forti & valde hamato, cujus uncus pollicem longus; integrum roſtrum quatuor unciarum, ad radicem duas latum, coloris ex cæruleo fuſci.

VI. AQVILA CLANGA. Morphno congenera, *Aldr.* Aquila anataria; the Kough-fœted Eagle *Raj.* **Klingender-Schell-Endten-Adler.**

Non eſt, ut opinatur *Rajus*, Haliætus ſ. Bulbuſardus. Gallum domeſticum Anglicanum vix ſuperat magnitudine; unde & Aquila parva vocatur. Anates ferit. Coloris eſt caſtanei haud profundi, & forte unica Aquila, quæ mirum in modum manſvefit. Ultra tres annos mihi famiiaris.

Fam. IV. G. I. Tr. I. liaris Quoties veniam dederam, menſæ in plures horas inſidebat mihi a ſiniſtra, obſervans motum manus dextræ literas perarantis, permulcens aliquando ſuo capite mitram meam; ſi titillabam ſub mento, tintinnabat clara voce. Familiaris fuit aliis avibus in horto, in ſpecie Laris, non niſi recenti carni bovinæ aſſuefacta; in cujus mortem, in ciſterna aqua non ſatis plena extinctæ, epitaphium ſcripſi, alibi typis expreſſum.

VII. AQVILA ALBA, CYGNEA. The white Eagle, *Charl. Cnœffel.* **Weiſſer, Polnſcher Adler.** Orzet biaty.

Secundum *Charletonum* in rupibus ad Rhenum degens; *Cnœffelii* relatio fert: Nuper cum eſſem Varſaviæ, inter alia, quæ apud Mart. Berth. de Bernitz-Archiatrum videre licuit, erat AQVILA ALBA, in Polonia capta, cui nigredinis, præter extremam ſuperficiem pennarum magnarum in alis, ne micula quidem inerat, diu a S. R. M. Joanne Caſimiro ſuſtentata, tandem præmemorato Doctori donata. Mortem quidem avis ſubiit, ſed tamen verificavit, quod antea ſtrenue negatum eſt: Poloniam etiam Aquilas albas inhabitare, ad Cremenecum, Zaslaviam Volhiniæ, Cudrovum Ukrainæ, Opatoviam minoris Aquilæ albæ viſæ & in Podolia nidificare teſtatur *Rzaczynski* in auctario; ſub tempus Michaelis I. in campo electionis alba aquila in aëre obſervata; *Paſtorius.*

Has Aquilas Europæas cum fiducia congregare potui. Superaddo unicam peregrinam.

VIII. VRVTAVRANA; Urutavi Cuquichu Carrirири, *Margg.* Aquila Braſilienſis criſtata, *VVill. Raj.* **Gehaupter Adler.**

Marggravius deſcribit avem: magnitudine, capite roſtroque aquilinis; capite nonnihil depreſſo; in ſummitate fert 2 nigras pennas duos digitos longas, totidem ad latera capitis, quas erigere & deprimere poteſt. Cauda quoque dicitur aquilina, pedesque ſunt lanati ſive plumoſi.

§. XXII.

GENVS I. TRIBVS II.

Tr. II. VVLTVR. **Geyer.** Nonnullæ ex hac tribu magnitudine Aquilas ſuperant, minimum adæquant. Ab Aquilis inprimis *dignoſcendæ:* 1) quod truncus Vulturum terræ potius horizontalis quam elevatus, cum Aquila ſtat erecta procero corpore, pectus collumque extollens, ut a digitis poſticis ad caput elevatum lineam fere verticalem deſcribat; 2) unde eſt, quod Vulturis pedes cruraque breviora curventur; 3) Vultur pluribus plumis, paucioribus pennis, alis caudaque exceptis veſtitur, ſub quibus plumæ

mæ villosæ vel lanatæ, quæ illico apparent, ubi una vel altera penna evellitur, ut integra avis depennata ovis alata, vel mirabilis avis exotica & incognita, videatur; 4) præ reliquo corpore caput collumque pauciſſimis pennis breviſſimisque tegitur, in nonnullis nec plumæ nec lanugines apparent, verum illarum loco criniculi rari; 5) Vultures magna vaſtaque ingluvie præditi, ſacciformi ſi bene ſaginati, cibo vero vacua, manu facile prehendenda & dilatanda; 6) Ejusmodi aves vel duæ vel plures in terra viſæ, certo certius pro Vulturibus habendæ, etſi ex Falconum tribu Buteones eodem more utantur; 7) Pariter Vultures ſunt, qui ad recentia cadavera confident; ſic proverbium quadantenus (*) vertatur: **Wo ein Aas iſt, da ſamlen ſich die Geyer;** quod non ſolum gallinarum vel anſerum progeniem, porcellos, glires & quæ reliqua venantur, ſed quoque fora cadaverina, ad victum ſibi comparandum frequentant; 8) Vultur difficili conatu ad volatum in altum ſe tollit, prout Tarda, terque quaterque ante petauriſtam agens; 9) Roſtrum Vulturis quidem validum & productum, non tamen prout Aquilarum roſtrum cito ex radice incurvatum eſt (**), verum ducta proportione voluminis avium ultra duos pollices recta protenſum ſuper mandibula inferiori, antequam in exitu deſinat in uncum; 10) Ungues Vulturum minus ſunt lunati præ unguibus Aquilarum, quod hæ rariſſime in tellure morantur.

Fam. IV. G. I. Tr. II.

Illi ſunt characteres, quibus Vultures, vel e longinquo, dignoſcendi. Nonnulli nomen Vulturis vel Vulturii derivare volunt a tardo volatu, quaſi Volitardus, ſed idem dici ſolet de anſere Trappa ſive Tarda.

(*) Cognitum accipitrum enim tenemus, a potiori fieri denominationem, vom Adler.

(**) Hanc notam characteriſticam poſthaec apud J. J. *Scheuchzerum* in Jobi Ph. Sacra p. 419 obſervavi: Es iſt der Adler in allen ſeinen Geſchlechten der gröſſeſte und anſehnlichſte von den Raubvögeln, ſo des Tages ausfliegen, darin ſonderlich von anderen unterſchieden, von dem Geir, daß der Schnabel ſich gerad anfangs krümmet, und von dem Hab ich, daß jener gröſſer iſt.

§. XXIII.

I. Vvltvr Avrevs, *Alb. M. Gesn. Raj. VVill.* Vultur fulvo colli, pectoris & pedum colore, *Charl.* The golden Vultur. **Gold-Geyer.**

Non confundendus cum Aquila fulva I. ſive Chryſaëto. Superat magnitudine Aquilam nigram; roſtrum eſt quatuor unciarum. Pectore rufeſcit, velut auro notho tinctus; pedetentim verſus caudam color evaneſcit; cauda ex fuſco cinerea; digiti ſunt cornei coloris diluti.

Fam. IV. G. I. Tr. II.

II. Vvltvr Leporarivs: **Hasen-Geyer. Gänse-Ahr.**

Ira exasperatus pennulas in capite ad formam galli cristæ erigit. Magnitudine ad Ossifragum accedit; ex arboribus observat vel præteruntem vel prætervolantem prædam, venatur & in terra per saltus, vel in aëre pendens varias aves majores inprimis domesticas, nec non data occasione pisces in stagnis, Lepores ex latibulis accipere didicit, nec pullis Vulpium parcit.

III. Vvltvr Baeticvs *autorum*. Milvus æruginosus *VVill. Raj.* Falco cera luteo-viridi; pedibus luteis, corpore ferrugineo, vertice fulvo, *Linn.* The Chesnut Vultur, **Braun-Geyer. Fisch-Ahr.**

Castanei coloris; rectrices alarum remigesque caudæ æruginose nigrescunt.

IV. Vvltvr Cinerevs, *autorum*. The ashcoloured Vultur. **Grauer Geyer. Graue Weihe.**

Mihi videtur varietas Vulturis III, quod in eodem nido duo pulli inventi, quorum alter cinereus, alter castaneus. An mas & fœmina?

V. Vvltvr Albicans; The whitish Vultur, *VVill.* Milvus albus; **Weißer Geyer. Hüner-Weihe. Weißer Hüner-Ahr.** *Schwenk.*

Vulturum minimus; minor Aquila sexta. Caput, collum & alæ ab inferiore parte albescunt; cæterum maculis terreis varius; pullis gallinaceis summe fatalis. Sequuntur nonnulli Vultures exotici:

VI. Vvltvrina Aqvila, *Aldr.* The Buld; Vulturine Eagle, *Albin* II. 3. **Geyer-Adler. Bastard-Adler.**

Ex descriptione pro Vulture habenda, quippe rostrum ultra medietatem recta protensum, ad exitum incurvatur, in uncum validum exiens, prout omnium Vulturum rostra. Superum caput & dimidium collum albent; genæ fulvent; pectus varium est; nihilominus tamen *VVill.* hanc avem Aquilis associavit, *Aldrov.* vero & *Gesn.* sub triplici nomine descripserunt: Perenopteri, Gypaeti & Oripelargi; vid. *Fr. Delez* p. 239. „Perenoptero, *per razon senneles de sus alas*, banqueale la cabeca, y es mayor de cuerpo que las de mas, y tiene las alas mas cortas, y las calamas largas - Esta es medio especie de Buytre, y l lamase medio Aquila, o Ciguenna montesima.„

VII. Vvltvr Brasiliensis, Vrvbv Dictvs, *Marggr.* Vultur gallinæ africanæ facie. *Sloane* II. 292. Tropitotle, *Hern.* Aura *Nieremb.* Buteo specie Gallo Pavonis, The Turkey-Buzzard, *Catesby* p. 6. . Menschen Eeter, *belgis.* **Kahlkopff.**

Pondere 5 librarum. Caput collumque rubent carnosa & glabra; hinc

hinc inde crinulis nigris obſita; pedes breves coloris ſunt loturæ carnis, digiti longi, ungues lente lunati. Roſtrum pollices tres longum; ad medietatem carnoſa cera tectum; uncus albus; nares valde patulæ & longe ab oculis poſitæ; corporis colore profunde purpureo, viridi mixto, ſive ſanguineo. Fam. IV. G. I. Tr. II.

VIII. Vvltvr Gryps. Gryphvs. Greiff; Geyer. Cuntur, *Raj. Sloane.* Condor *Acoſtæ*, *Frezier*. Cuntur, *Garcillaſſa de la Vega. Lemery* p. 285. *Jonſton.*

Multæ proſtant fabulæ de ave Grypho (Vogel-Greiff). Perſequamur hiſtoriam avis Cuntur, quam Gryphum appellamus. *Sloanius* pennam ejus rectricem deſcripſit duos pedes anglic. & quatuor pollices longam, cujus caulis $5\frac{1}{4}$ poll. *Rajus* Vulturem eſſe judicat; pennam dicit: „ambitu ſesquipedali, ab uno latere nonnihil concava, ab altero convexa, colore toto fuſco ſeu obſcuro ʒiij $17\frac{1}{2}$ gr. pondere - Avis ipſa, quin Vultur fuerit, ex Aurarum (quod caput calvum habet) genere, minime dubito.„ Quæ non procul ab inſula Mocha ad Herraduram ſclopo necata, alis expanſis commenſurata 13 pedes latitudine æquabat. *Acoſta* IV. c. 37 ſcribit: Quas Condores vocant, magnitudinis ſunt ingentis, earumque virium, ut non ſolum ovem eviſcerare & comedere valeant, ſed & integrum vitulum; & *de la Vega:* Aliæ adhuc - magnitudine vaſta & immani, Cuntur dictæ - Harum nonnullæ ab Hiſpanis occiſæ - alarum extenſarum menſura ſumpta 15 aut 16 pedes, h. e. $5\frac{1}{4}$ ulnas (hiſpan.) latitudine implebant - Color varius eſt, ex albo & nigro Picæ caudatæ inſtar; Criſtam in capite parilem ſeu æqualem habet, inſtar Novaculæ, non ſerratam ad modum gallinaceæ. Cum ex aëre in terram devolant, forti alarum agitatione, aërem verberando, ſtrepitum ſuſurrumque adeo vehementem & terrificum edunt, ut vel attonitum vel ſurdum reddant audientem; (quod inauditum audit) *Frezier* juxta *Santiano*, metropolin regni Chilienſis, anno 1711 Condorem necavit „qui avoit neuf pieds de vol, & une crête brune, qui n'eſt point dechiquetée comme celle du Coq - il eſt ordinairement gros & fort, à pouvoir emporter un agneau; pour les enlever du troupeau, ils ſe mettent en rond, & marchent à eux, les âiles ouvertes, afin qu' etant raſſemblés & trop preſſez, ils ne puiſſent ſe defendre, alors ils les choiſiſſent & les enlevent.„ *Thomas Preſton* Tranſ. phil. No. 473 p. 62. in inſula Zetland Scotiæ Aquilas obſervavit, quæ ovem tollunt; unde lex ſancita, ut ſinguli Patresfamilias diſtrictus pendant gallinam illi, qui ejusmodi avem immanem necaverit. Videtur eadem avis Condor; vide pluribus *Marchais*

Fam. IV. G. I. Tr. II. par. *Labat* III. p. 320 & p. 321 Stomachum valde movet *Franzius* p. 326: In Aquilæ nido repertos esse 300 anates, 100 anseres, 40 lepores, & copiam amplam piscium secundæ magnitudinis; nec non *Marcus Paulus Venetus* de Aquila Ruch (forte Vultur Condor) tam vastæ magnitudinis tantique roboris, ut Elephantem unguibus corripiat, atque in altum sublevet, ac deinde cadere sinat, ut mortui carne vescatur. *Georgium Fabritium* fide dignum autorem appellat Schottus, ex cujus relatione: „Cum rustici, inter Misenam & Bræsam, multa pecora, Vitulos & Sues amissa in sylvis perquirerent, inventum esse nidum ingentem, per tres quercus extensum tanto spacio, ut currus sub illo converti potuisset, ex magnis arborum ramis & baculis vel palis constructum. Qua re in urbe nuntiata, homines multos ad nidum missos, qui cum ascendissent, pullos tres maximos invenisse - unius alas per transversim extensas septem ulnarum mensuram æquasse - crura Leonis majora - In nido multa Vitulorum & Ovium coria reperta - „ vide *Schottum* p. 1122.

IX. Vvltvr Monachvs. Rex Warwouwarum; Indiæ orientalis. The King of the Vultures, *Edw.* I. p. 2. The Warwauer or Indian Vulture, *Albin* II. 4. **Kutten-Geyer; Mönch. König der Geyer.**

Avem Moritzburgi vidi, cujus figura in Aviario picto Bareithano. Calvitium quasi rasum habet; collum nudum in vagina cutanea, plumis cinereis lanatis fimbriata, recondere potest. The Vultur *Albini* III. 1. capite colloque nudis, quasi limbo Sanctorum condecoratus, **Sonnen-Geyer** videtur fœmina; si recte picta? rostrum habens nigrum, pedes cæruleſcentes; corpore est flavicante, præter dimidias alas caudamque nigras; capite colloque nudis; collare habet ex plumis longis lanatis, unde Vultur Solis.

Plures Vultures conferre non licuit; In *Catalogo* avium Musei Imper. *Petropol. p. 356* apparet Vultur dimidius cinereus, dimid. niger; antequam autem Tribum Falconum prosequamur, notandum, quod *veteres* Immussulum Vulturem *juvenem*, & Sangualem Ossifragum sive Aquilam *juvenem* vocaverint; prout omnes Accipitres duobus nominibus insignire soliti, Aëtote nimirum & Hierace Aquilam & Accipitrem significantibus; Aquilarum sex species habuerunt: Pygargi - Melænaëti - Morphnæ - Oripelargi - Aquilæ veræ - & Haliæti. *Galli* Falcones in octo species dividunt; quatuor, scilicet: L' Autour - L' Espervier - le Gerfault - L' Emerillon altum petunt, reliqui: Le Faucon - Le Lanier - Le Sacre & le Hobrau volant super terram.

§. XXIV.

§. XXIV.

GENVS I. TRIBVS III.

Fam. IV. G. I. Tr. III.

FALCO, **Falck.** Nonnulli ſaltim Falcones hactenus *Accipitres* dicti, nomine deſumpto a *falcato unguium hamo.* Verum enim vero, tunc & Aquilæ & Vultures & Ululæ Falcones audiant, quas Dn. *Linnæus* & quidem hoc ſenſu recte Falconum titulo ſalutavit. Latinis & Germanis nomina Falco, **Falck** recepta & notiſſima nomina ſpecifica ſunt, ſub quibus nunquam Vultures, Ululæ & Aquilæ venerunt. Sic romanam, Ruſſicam, Polonicam, Pruſſicam, *aves heraldicas*, non Falcones ſed Aquilas appellamus. Tertiam itaque Accipitrum Tribum Falcones vocamus, ſive hucusque Accipitres, ſive Milvi ſive Buteones aut in ſpecie Falcones fuerint appellati. Omnes autem aves, quas Falcones dicimus, ab Aquilis & Vulturibus, non attentis differentiis a magnitudine deſumptis, ſeſe diſtinguunt, quod 1) Falconum *collum* breve, cum illarum collum ex pectore procerum; 2) *roſtrum* Falconum breve, ex radice cito incurvatum, unco acutiſſimo; 3) *crura* Falconum quidem pennata, plumæ tamen breves illa quaſi polita tenuiaque reddant, *tibiæque* plumis plerumque careant; 4) pedes cum cruribus ſint altiſſimi, ducta corporis proportione. Prætermittimus leviores notas, ut *tubercula* ſive callos in pedum digitis, aliasve. Nonnulli *alis* longis caudam vel ſuperantibus, vel æquantibus veſtiti & vocantur Macropteri i. e. alis cauda longioribus aut æqualibus; alii habent alas breviores, brachypteri i. e. alis cauda brevioribus; horum non niſi tres ſpecies novimus.

Ubi non addimus vocabulum Brachypterus, ibidem intelligimus Falcones macropteros. Venatores germani in arte falconaria periti peculiaria adoptarunt vocabula pro partibus corporis harum avium nobilium; e. gr. quod Falco *manus* habeat, **Hände**, non pedes **Füſſe**; Digitos **Finger** non **Zeen**, & quæ porro, ut: **Klauen, Pflaumen, kleine Federn, Wannen** i. e. pennæ alarum junctim ſumptæ; **Schwing-Feder**, prima brevis penna, vel extrema alæ eſt; ſecunda **lange Penne**; tertia **Vorlange-Penne.** Alarum pennæ, **Pennen** ꝛc. Caudæ duodecim pennæ, & media eſt decima & tertia. Sed non indigemus ejusmodi verbificationibus.

§. XXV.

FALCONES ſunt aves Accipitres proprie venationi inſervientes; quan-

Fam. IV. G. I. Tr. III. quanquam & nonnullæ *Ululæ* quodammodo venatoribus officia præstant. Nobilissimi reliquos antecedunt.

I. Falco Rapax, Gyrfalco. Falco vulturinus. Herodias; the Gerfalcon. Falco rostro nigro, pedibus luteis, corpore supra fusco, subtus albo cinereo, maculis transversis, *Linn.* **Gyr-Ger-Falck.**

Antiquum vocabulum **Gyr** Vulturem **Geyer** denotat. Rostrum ejus, prout omnium Falconum, validum, crassum, breve; huic cærulescens breviterque sed acute uncatum; pupilla ampla, nigra; dorsum alæque ex albo cinerescunt, maculis nigris, similibus maculis Pavonum. Optimæ indolis cruciatas super cauda ferunt alas; cauda cum alis comparata brevis potius est, quam longa; pedes nudi, dilute cærulei sunt. Plura apud *VVill. Aldr. Raj.* De characteribus Falconum nobilissimorum consule *Fridericum* Imperatorem.

II. Falco Sacer, *VVill. Schwenk.* The Sacre. **Sacker-Socker-Falck. Stocker-Falck; Heilger-Sacre-Falck.**

Antiquitus *Sacer* dictus; proxime ad Gyrfalconem accedit; est tamen minor, sed fortitudine & agilitate multum valens; pedibus cæruleis; capite cinereo, cauda semicircularibus picta maculis longior est cauda primi. Ambo inprimis advenandas Grues Ardeasque inserviunt.

III. Falco Gentilis i. e. nobilis. Falco migrator & Commeator, *Schwenk. Albin* II. 6. Falco pedibus flavis, corpore cinereo, maculis fuscis, cauda fasciis quatuor, *Linn.* **Edler, teutscher Falck. Wander-Falck; Frembdling-Falck,** *Frideric.*

Fridericus auceps nobiles Falcones subdividit in peregrinos & absolute gentiles; sed hæc distinctio parum valet; differentias vid. apud *VVill.* p. 43 & p. 46.

IV. Falco Tunetanus; Falco punicus, *Bellon.* The Tunis or Barbary Falcon, *Albin* III. 2. Falcon from Barbaries; **Alphanet; Barbar-Falck.**

Ex Africa oriundus, & ex Barbaria citra Tunetam; avis nobilissima; albicans & maculosa; minor, sed valida & attenta ad prædam; rostro nigro, pedibus luteis. Hunc Falconem nobilissimum antecellunt Falcones insulæ *Teneriffæ*, **Samlung aller Reise-Beschreibungen** Lib. IV. cap. I. (Parte II. p. 16). vid. *Corn. le Bruyn* Voy. au Levant (in 4t.) Tom. II. p. 362 ibi: Combat opiniâtre d'un Faucon &c. (*d'Aleppo*).

V. Falco Lanarius, Crudelis. Lanier, *gallis.* The Lanneret, *Albin* II. 7. **Großer Schlachter.**

Minor est *gentili*, pulchriorque maculis *Sacro;* vid. *Bellon. VVill.* & in

& in genere de Falconibus la fauconnerie de *Jean des Franchieres* avec une autre Fauconnerie de *Guill. Tardif* Poitiers 1567 4t. *Carol.* d'Acusia de Capre Falconaria; *d'Esparon* (*) Falconaria Franc. ad Mœn. 1617. 4t. Attenti modo simus, ne species nos fallant, descriptiones apud autores LECTORI commendantes. Fam. IV. G. I. Tr. III.

(*) *De Pallieres* & du *Revest* qui huic Arti 48 annis incubuit; scripsit librum gallico sermone, qui Francof. germanice prodiit.

VI. FALCO ALBVS, lactei coloris, *Griffonii*. Falco moscoviticus; *Schwenk*. The white Falcon; **Weißer Falck.**

Addit *Griffonius:* sed maculis flavis, quæ tamen, nisi penitus introspicerentur, & ipsæ quoque albæ apparebant - alæ sine maculis. Hujusmodi avem ex insula Stublaviensi, pago Sperlingsdorf nactus, digitis duobus ad ortum leviter conjunctis; unde ratus sum, vel & in pisces ruere Falconem, vel quod indicium sit singularis pedum fortitudinis, ad capiendam & fortiter retinendam prædam. De *Islandicis* albis reliquisque Falconibus, unde quotannis in Daniam deportantur, vid. Parte III suo loco.

VII. FALCO CENCHRIS; Tinnunculus, *Aldrov.* The Windhofer, Stannel or Kestrel, *Albin* I. 7. **Wannenweher;** vid. No. XXIV.

Fœmina, magnitudine Columbam adæquat, mas minor est; Communiter minores Falcones Sperberi vocantur. Ast *Sperberus* singularis est Falconum species.

VIII. FALCO MVRORVM, RVDERVM, TVRRIVM; **Mauer-Falck;** an Falco rubeus? an præcedens No. VII?

Habitat in turribus, ubi & nidulatur; vix magnitudinem habet præcedentis; aviculas capit, muribusque tam inter rudera & in turribus quam in campis insidiatur; interanea quoque piscium aliorumque animantium in civitatibus ex plateis tollit, rapitque Alaudas aliasque aviculas civibus ex caveis; rubiginosus est, fuscis maculis varius; in cauda nigris & æruginosis fasciis alternantibus.

IX. FALCO VARIVS, PICTVS, ALAVDARVM. **Lerchen-Falck;** Falco parvus; Falconellus feriens, *Schvvenk*. Recentiorum NISVS. **Schwemmer;** quod commoratur in aëre quasi immobilis; *Brachypterus*.

In Prussia hac ave equitantes venamur Alaudas. Cujus manui insidet, aliquando motat avem; Alauda ad terram pressa alter venatorum alteram extremitatem restis prehendit, quæ in medio reticulari pariete duas

Fam. IV. G. I. Tr. III. circiter orgyas longo latoque provisa est, & circumequitat Alaudam, adque Falconarii nutum parietem demittens captat Alaudam. Inter omnes Falcones variis coloribus facile princeps, inprimis ad caput collumque. Colores distincti niger, flavus vel aurantius, rubicundus, albus, cinereus alternant ave variegata & ordinatim picta. Rostrum habet cæruleſcens, pedesque luteos. Vide Accipitrem fringillarium *VVill.* quamquam hunc habeam pro diversa specie Falconis arborei, **Baum-Sperber;** conferatur Fringillarius *Albini* I. 5. & Subbuteo no. 6. Ni fallimur, Dn. *Zorn.* Falconem **Weis-Back** sive **Schmerl** pro Falcone nostro, **Lerchen-Falck** agnoscit.

X. Falco Aesalon; **Schmierlein;** *Aldrov.*

Magnitudine vix excedit Merulam; rostro cæruleo; secundum figuram *Aldrov.* Falconellus esset no. IX; melior figura apud *Will.* Tab. III; profunde cinerei est coloris, dilucido mixti. Nullibi hanc avem nisi in Nehringa Curonum, **Curschen-Nehring,** observavi. Docilis est, ut de manu dimitti possit pro capiendis Alaudis. Cæterum vide *Feuillée* Journ. III d'un *petit Espervier*, ou Accipiter minor, pullivorax.

XI. Falco Palvmbarivs. Goshawk *Angl.* **Tauben-Falck. Stock-Ahr.** *Brachypterus.*

Unde sit, quod Anglis Accipiter Anserum audiat, nescio, forte quod pullos Anserum cum pullis gallinaceis atque Columbis auferat. Pertinacissimus prædator est, Columbas egregie vexans; pectore & ventre nigris maculis fluctuantibus transversis super albo colore variegatis; pedes lutei sunt; rostrum ex nigro cæruleum. Inprimis venationem Phasianorum & Perdicum edoctus. Huic adnumerandus *Edwardi* Spotted Hawck or Falcon I. p. 3. ex freto Hudsoni, cujus caput collumque graciliora sunt, brachiaque alarum obscuriora.

XII. Falco Buten, Vvlgaris, *autorum.* The Buzzard *Albin* I. 1. **Bußhardt, Mause-Falck.**

Magnitudine Phasiani. Crura longa, pedesque habet breves sed fortes, paulo supra genua plumosos; manus digitique sunt flava; posticus digitus longissimus. Ad venationem non vocatur. Duæ ejus *varietates:* The Buld Buzzard *Albin* I. 7. & Buteo api - vel vespivorus, the Honey Buzzard. Hic pullos suos vespis nutrire perhibetur, quarum integros nidos ipsis propinet; differentias vide apud *Will.* Porro accedit the black Hawk or Falcon *Edwardi* I. t. 4. captus in navigio ex freto Hudsoni Londinum redeunte & *Edwardi* II. t. 13. The ashcoloured Buzzard, pedibus e cæruleo cinereis, unguibus nigris.

XIII.

XIII. Falco Cavda Forcipata. Milvus *Aldrov.* Milvus vulgaris, *Will.* The Kite or Glead, Milan royal, *Albin* I. 4. **Scheer-Schwäntzel.** Fam. IV. G. I. Tr. III.

Ab omnibus cauda distinguendus; pedes habet luteos; medius digitus ad medietatem fere membrana extremo digito junctus; rostro nigro; caligatus quasi piscator, **mit Schipper-Fischer-Hosen.**

XIV. Falco Pervvianvs, Cavda Fvrcata. The Swallow-Tail-Hawk; Espervier a queuë d'hirondelle, *Catesby* p. 4. **Schwalben-Falck;** *Brachypterus;* An, Hirondelle, ou Hirundo maxima peruviana, avis prædatoris calcaribus instructa, *Feuillée* III p. 32?

Pendens 40 ℥; rostro nigricante, sine cera; oculis magnis nigris, iride lutea. Capite, collo & ventre toto nivei coloris, dorsum cum alis profunde purpurascunt, viridi tincta; expansis alis = 4′. Cauda purpurea alte furcata, cujus longissimæ pennæ 8″.

XV. Falco s. Milvvs Aervginosvs, *Aldr.* an Circus, *Bellon.* The more Buzzard, *Will.* **Buntrostiger Falck.**

Rostro nigro; crura pedesque, respectu corporis, tenuia & prælonga, coloris lutei; magnitudine cornicis; ex nigro & æruginoso varius; capite pedibusque aureis variegatis; pectore ad instar Perdicum picto.

XVI. Falco Vertice Vel Rvbro Vel Lvteo. **Calotchen-Falck.** Accipiter minor; the little Hawk; petit Espervier, **mit rohtem Calotchen** vertice rubro, *Catesby* p. 5. Varietas **mit gelbem Calotchen und Bart,** vertice & mento luteis, *Albin* I. 3. *Brachypterus.* An mas & fœmina? an ab *Albino* recte pictus?

Illæ pependit 3 ℥, 6 ʒ; oculis nigris, iride lutea, capite plumbeo, vertice rubro; ad initium colli 7 amplis angularibus maculis nigris in circulum dispositis; guttur & tegumenta auricularia albi coloris rubro mixti; dorsum æruginosum lituris nigris transversis; pennæ alarum bruni coloris, reliquæ plumæ cæruleæ, prout & dorsum lituris varium; cauda rubicunda, in exitu nigra; pectore ventreque dilute rubris; cruribus longis; pedibus luteis.

XVII. Falco Caroliniensis Palvmbarivs. The pigeon Hawk; Espervier à pigeons, *Catesby* p. 3. Cauda varia. **Bunt-Schwäntzel. Carolinscher Tauben-Falck;** *Brachypterus.*

Cauda longa, angusta, bruni coloris, quatuor lituris transversis albis, veluti argenteis denticulis condecorata; alæ interne maculis variæ tanquam globulis argenteis (secundum descriptionem *rubris*); a capite

Fam. IV. G. I. Tr. III. ſuper dorſo badii coloris; pependit 6 ℥; facilis, fortis & induſtrius pro capiendis Columbis pullisque gallinaceis.

XVIII. Falco Cyanopvs; *Schvvenk. Jonſt. Will.* Aſteria *Ariſt.* Accipiter ſtellaris, *Peuceri.* Avis phœbea. **Blau-Fuß. Sprintz. Aſchfarbener Berg-Falck.**

Punctis notulisque, velut ſtellulis, varius; pedes habet fortes, cæruleos; multum valens ad venationem. *Schwenkf.* alterius meminit, quem Falconem nothum, **Zwitter-Falck**, appellavit.

XIX. Falco Piscator Cyanopvs. The Fiſhing Hawk. Faucon pecheur *Catesby* p. 2. **Weiskopff; Weiskopffiger Blau-Fuß** (*).

Pependit 3½ ℔; roſtro nigro; cera cærulea; dimidium caput collumque ſuperum cum mandibulæ inferioris radice ſuper pectus ad pedes usque albi coloris; cujus coloris & dorſum alæ caudaque ſunt; pedibus cæruleis ſquamatis; ungues nigri, ample curvati, acutiſſimi. Valde jucundum audit, qua ratione Aquila piſcatoria, quæ vocatur, huic Falconi prædam extrudat.

(*) Conferatur cum Haliaeto *Caji* rar. p. 85. magnitudine Milvi.

XX. Falco Montanvs, Montarivs, *Aldr. Schwenk. Will.* Cybindus, Accipiter nocturnus, *Plin.* **Birck-Berg-Falck.**

Breve habet & bene carnoſum corpus; coloris cineritii, mixti pauco nigro; cruribus fortibus, digitis multum nodoſis, unguibus acutis, habitat & nidulatur in rupibus; *ferini generis.*

XXI. Falco Avrevs, Capite Plvmbeo, Rotvndo; Pictvs Nigris Macvlis Sagittariis. **Rauchkopff.** *Aviar. Bareith.*

XXII. Falco Plvmbevs, Cavda Tessellata. The Ring-Tail, *Albin.* II. 5. **Bley-Falck mit gewürffeltem Schwantz;** *fœmina;* capite, collo dorſoque plumbeis in cineritium colorem vergentibus; ſimilis coloris eſt medietas alarum ſquamis albis, altera medietate badii coloris, ſtriis albis; roſtro plumbeo, cera flava; circumcirca oculos ex albo punctulatus; pectore albo, oblongis rubicundis maculis; cauda bruna, præter duas medias pennas, teſſulis albis nigrisque picta; pedibus dilute flavis. *Brachypterus.*

Mas, The Cock-ring-Tail or Henbarrier *Alb.* III. 3. **Ringel-Falck.** Torquem habens velut ex adamantibus compoſitam; a capite per dorſum decurrit badius color; pennæ plumæque alarum ex albo fimbriatæ; cauda obtinet brunas flavasque faſcias alternatim poſitas, in medio duas pennas nigras, ad calamos albæ, in medio flavæ quadrangulares maculæ.

Collum

Collum, venter, pectus pedesque flava; in ſupera corporis parte ſtriis badii coloris; roſtrum plumbeum; cera flava. Fam. IV. G. I. Tr. III.

XXIII. Falco Fringillarivs; Sparrow-Hawk-Cock, *Albin* III. 4. The Hen *Albin* I. 5. **Fincken-Falck.**

Fuſcus; inferior pars corporis a roſtro ſtraminei coloris, ſordide albis lineis transverſis; fœmina magnitudine marem ſuperat, prout omnes fœminæ Accipitres.

XXIV. Falco, Foeminae Cenchridis No. VII, Mas. The Windhover-Cock, *Albin* III. 5. **Wannenweher. Graukopff. Wandtwehe; Wiegwehen; Steinſchmatz. Steengall.**

Circa oculos & in gutture albus; roſtrum pedesque flava; dorſo ex rubro nigro maculato; prout Falco murarius; pennæ rectrices, qua medietatem, nigræ; cauda cinerea in exitu nigram latamque faſciam habens, deſinit in albas fimbrias.

XXV. Falco Manibvs Avreis, Rostro Nigricante. **Gold-Fuß mit ſchwartzem Schnabel;** *Brachypterus;* Mariæburgo ad me miſſus.

In dorſo terreo albis maculis raris; per totum corpus inferum ſimilibus coloribus denſe, ad inſtar Sperberi, ſquamatus; alæ inferne caudaque infera zonis albis latis, & terreis anguſtis variæ. Supera cauda zonis 4 nigris ſuper terreo colore. Manus aureæ, digiti longi & tuberculoſi; pedes alti; alis expanſis = 2′. 2″ par. cera flava; iride aurea.

XXVI. Falco Minimvs; Laniolvs. Bucher Bird, or Mattugeſs, *Will. Schwenk.* **Neuntödter; Wald-Herr; Würg-Engel.** Lanii ita dicti ſunt ſequentes

1. Lanivs Cinerevs Major, *Will. Albin* II. 13. *Aviar. Bareith.* **Der Gröſſeſte;** apud nos antecellit albo & nigro coloribus anglicanum; ſi *Albini* pictura improba non eſt; magnitudine eſt Turdi pilaris. Optima deſcriptio apud *Schwenkf.* Ampelis cæruleſcens, alis caudaque nigricantibus, *Linn.* Tab. II. n. 181.

2. Lanivs Minor Primo; Capite Et Collo Cinereis; Gvttvre Et Pectore Incarnatis; Alis Et Dorso Ex Aervgine Et Nigredine Variegatis, Rostro Et Pedibvs Nigris. Collurio mas *Aldrov.* Spinttorquus *Schwenkf. Albin* II. 14. Coſtrida *Olinæ* p. 41. **Kleiner bunter Wankrengel. Dorntraher.**

3. Lanivs Minor Rvtilvs; *Schwenkf. Albin* II. 15. Ampelis

Fam. IV. G. I. Tr. III. dorſo griſeo, macula ad angulos longitudinali. *Linn.* **Kleiner roſtiger Neuntödter.**

4. LANIVS, PECTORE, GVLA ET VENTRE NIVEIS; EX ALBO ET FVSCO VARIEGATVS, SVPERIORE CORPORIS PARTE ET COLLI AERVGINOSA. *Albin* II. 16. **Rohtkopff.**

5. LANIVS MINOR CINERASCENS; *Raj. Will.* **Kleiner grauer Neuntödter.**

6. LANIVS OCOCOLIN dictus; Species Pici *Sebæ* II. p. 102. Tab. 96. n. 3. Vel primo intuitu ſe Lanio I. ſimilem prodit, roſtro gilvo & acutiſſimo; pectus vivide purpureum; venter & femora cæruleſcunt, pedesque unguesque nigricant. Cæterum ad inſtar Corvi niger mixto cæruleo; plumis pennisque in extremitatibus profunde nigris cæruleo deſinentibus; ex mexicanis tractibus in Braſiliam deſcendit.

7. LANIVS, AYOQVANTOTL dictus a loco; *Seba* ibid. no. 4. **Golden Wrang-Engel.** Roſtro nigro, pedibus rubicundis, aureo corporis colore; rectricibus nigris; cauda longa, omnibus laniis communi; in roſtro ad radicem crebris plumis nigris & ad guttur usque continuatis. Avis dicitur canora; dulce fiſtula canens avicida.

8. LANIVS BENGALENSIS, CHARAH dictus; rufus & coronatus. The creſted red or ruſſit Butcher-Bird. *Edw.* II. p. 54.

9. LANIVS BENGALENSIS, FINGAH dictus; cæruleus; ventre albicante, cauda nonnihil furcata. The Fork-tail'd Indian Butcher-Bird, *Edw.* II. p. 56.

10. LANIVM ARVNDINVM paſſeris coloribus varium (qui paſſer arundinum a ruſticis dicebatur) **ſingender Rohr-Wrangel** vid. Parte III. §. XXX.

§. XXVI.

GENVS I. TRIBVS IV.

Tr. IV. VLVLA. NOCTVA. **Eule.** Figura ſatis cognita. Præ reliquis avibus Ululæ lepida capita habent. In auditorio hiatu externo cavitates, ſcapham conchamque auris humanæ non quidem exacte referentes, oppoſita ratione collocatæ ſunt; nam concavum ad meatum auditorium tendens in aure dextra infimo loco ponitur, foveam triangularem aliam ſibi oppoſitam habens; contrarium plane in ſiniſtra aure obtinet, ſic ut altera concipiendo ſono ab inferioribus locis, a ſuperioribus venienti altera aptata videatur (*). Opercula externarum aurium plumoſa non incongrue

congrue cum operculis branchioſtegis piſcium comparanda. Utrumque roſtrum ſive mandibulæ ambæ mobiles ſunt, inſignesque ſuperiori muſculi ab utraque parte dati, qui illud removeant adducantque ad inferius roſtrum; relictus adductorum alter in uno latere ab occipite veniens tendinoſa expanſione in palato definit. Prædantur Noctuæ noctu ad primum usque mane varias aves majores & minores dormientes, imo cornices glires muresque aucupantes. Roſtro (mandibulis ambabus mobilibus) vehementer crepitant; faucibus apertis ſonos ſpirantes; nonnullæ plumis pennisque ad aures oculosve naſumque cornutæ videntur; aliæ vetularum faciem præ ſe ferunt, quaſi mitellis fœminarum nocturnis adornatam. Maximæ vel minimæ & ad venationem & in areis aucupum uſum præſtant. Fam. III. G. I. Tr. IV.

(*) *Aldrov.* de *Strige*: Aurium foramina ampla, valva cutanea obtecta - Exterior pepli circulus etiam aures amplectitur, quo aures tranſit interiorum ejus pennularum pars maxima aurium operculis innaſcitur. Et de Strige cinerea *Idem*: Aurium foramina magna operculis tecta. De Alucone minore *Aldrov.* Aures operculo ſeu valva ab interiore parte juxta oculos exorta & retrorſum vergente teguntur. Singulae pennulae auriculares moveri poſſunt ſeparatim.

§. XXVII.

I. Vlvla; Chalcis *Goropii.* Bubo, *Schwenkf.* **Schubut-Eule; Puhuy; Uhu; Berghu; Huhay.** The great Horn-Owl, or Eagle-Owl, *Will. Raj.* Strix, capite aurito, corpore ruſo. Uf. *Suec. Linn.*

Fortiſſima avis; ſæpius valde tumultuatur inter millenarii numeri cornices hyeme granariorum noſtrorum tecta occupantes noctu. Nobis cognitas auritas tres numeramus; Jonſtonus ſex compilavit. Ulula *Albini* II. no. 9. & *Edwardi* II. p. 60 variegata, the great horned owl a noſtrate multum abludunt; noſtra juxta aures cornuta; illa ad roſtrum.

II. Vlvla-Asio; Otus. Noctua aurita; the Horn Owl *Will.* Moyen Duc Hibou cornu, *Bellon*, *Raji* Otus; Aſio *Dale;* The black Wing'd Hornowl *Albin* III. 6. Strix, capite aurito, penniſſek, *Linn.* **Kleiner Schubut.** Hibou; Bubo ochrocinereus pectore maculoſo, *Feuillée* III. p. 397. **Rohtgelber Schubut.**

Dn. *Linnæus* aliam habet ſtrigem capite aurito, corpore albido, Bubonem Scandianum, Lapponum montium indigenam, magnitudine Gallo-pavonem æquantem. Similis Ulula II eſt primæ, ſed minor. *Albini* Otus II. 10. Scops potius dicendus. Notandum, quod Ululæ habeant pedes anomalos; extimum enim digitum, proprie non anticum, ſed potius lateralem utrinque retro ponunt, quietæ conſidentes, porriguntque

Fam. IV. G. I. Tr. IV. guntque antrorſum prædam capientes. *Rajus* quidem ſimpliciter ait, Noctuas binos digitos antrorſum totidemque retrorſum habere, ſed juxta Bubonem & Otum ſeſe explicat, quod ſcilicet digitus anticorum extremus pone reponi poſſit, ut vices poſtici ſubire videatur; unde quoque eſt, quod apud *Willughb.* Cap. IV. Lib. II. p. 91 legamus, nonnullas ſaltim aves nocturnas binis anterioribus binisque poſterioribus digitis præditas eſſe, ubi de Picis: „Digitos in pedibus binos ante & totidem retro; quod ſolis ipſis, ſi quasdam nocturnas & Pſittacos excipias, eſt peculiare. Vide avis hujus hiſtoriam in *Childrey* Britan. bacon. p. 100 & Dale p. 397. Ex ſupra dictis patebit, inter Accipitres Ululas habere pedes potius anomalos, quales & *Iſpida* habet (§. XVIII) quam quod dici poſſint pedes digitis duobus anticis totidemque poſticis.

III. Vlvla Strix, *Aldr. Gesn. aliorum.* Strix cinerea, the common brown or Jwy-Owl; the gry Owl, *VVill.* Strix capite lævi, corpore ferrugineo, oculorum iridibus atris, remigibus prioribus ſerratis, *Linn.* **Braune, graue, gemeine Eule.**

Harum aliquot varietates; ſimpliciter audiunt **Eulen, Puſch-Eulen,** *Stryges:*

Eſt illis Strigibus nomen, ſed nominis hujus
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent, Ovid.

IV Vlvla Alvco, *Aldr.* Derivatio a germanico: **Locken;** Ulula flammeata *Gesn.* Otus *Turn.* Aluca minor, Lucheran *Albin* II. 11. The common Bern-Owl; white Owl; Church-Owl, *VVill.* **Schleuer-Eule, Kirch-Eule, Routz-Eule,** *Schwenkf.* Huc pertinet the large brown Owl, *Albin* III. 7. 8.

V. Vlvla Alba, Macvlis Terrei Coloris. An, Stryx capite lævi, corpore albido *Linn.* Noctua Scandiana maxima ex albo & cinereo variegato, *Rudbeck;* Hûrfang *Suec.* **Weißbunte ſchlichte Eule.** Ejusmodi avem anno 1747. 3 Jan. infarctam inter curioſa Societatis Gedan. repoſui; pondus æquabat 3½ ℔, poſtea marem & fœminam vivos obtinui; poſt menſes ſex fœmina mortua, marem libertate donavi. Eadem apud *Edvvardum* II. 61.

Ab unco roſtri ad exitum caudæ $1\frac{1}{12}$ Ulnæ Dant., alis expanſis $2\frac{1}{8}$. Roſtrum & ungues nigri; genæ, alæ inferne, uropygium pedesque piloſa, lactea; truncus ſuperne ſuper albo ex cinereo marmoratus. Islandicam vid. Part. III. §. IX. nota r.

VI. Noctva Parva, Avcvparia; Noctua minor; The litle Owl,


Fig. 2.
Fig. 4.
F. 3.
F. 6.
F. 5.
Fig. 1.

Owl, ſeptem fere digitorum, *VVill.* Schaffielt *Viennæ.* Aluco *Albin* I. 9. Fam. IV.
Alia *Albin* II. 12. **Kaützlein** ſimpliciter; **klein Kaützlein; Stock-Eule;** G. I.
kleine Wald-Scheuer-Hauß-Eule, *Schvvenk.* Tr.

VII. VLVLA, SCOPS *Aldr.* Scops auritus; **gehörntes Kaützlein:** IV.

1. Magnitudine Columbæ ſylveſtris; colore Bubonis.

2. Noctua aurita minima; the little Owl, petit Hibou, *Catesby* p. 7. Ultima egregie picta; facie alba; badii coloris rubro mixti; in pectore plumæ ex albo fimbriatæ, maculisque quinque albis dorſum verſus.

VIII. VLVLA BRASILIENSIS; Cabare *Marggr.* quam deſcripſit, non addita figura.

IX. VLVLA CVNICVLARIA; Eſpece de Cheveche; Lapin; *Feuillée* II. p. 562. **Erd-Eule.**

Quam autor accurate deſcripſit. In deſerto, haud procul a civitate Coquimbo ad *fretum conceptionis* ante antrum ſuum avem ſclopo necavit. Antra cunicularia tales aves in terra tam alta ſibi comparant, ut variis adhibitis inſtrumentis eadem approfundare non potuerit autor; quapropter *Noctuam cunicularem,* Lapin, avem vocavit, ad Ululas omnino referendam. Plura Parte III.

X. VLVLA VVLTVRINA. **Geyer-Eule.** Alis expanſis 40″; ſuper lateritio colore maculis parvis albentibus margine nigris, quaſi ſtellulis, tigrina; crura, pedes, uropygium nec non dimidiæ rectrices lateritium habent colorem; cæterum alis albis, nigris lituris variegatis; roſtro producto, badii coloris, prout Vulturum roſtra recta ſunt protenſa antequam incurvantur, unde Ulula vulturina. Cranium integrum conſervavi; pedes ſunt modice lanati ad digitos usque; Ululam, quæ Falco-Ulula, roſtro Falconis, *brachypteram,* the little Hawck Owl vid. apud *Edwardum* p. 62. **Die Falcken-Eule.**

Extra dubium ponimus, plures dari ſpecies & varietates; ſed experientia deficit juxta tales aves nocturnas, & deſcriptiones nonnullarum non ſufficiunt.

§. XXVIII.

GENVS II.

G. II.

CORVVS **Rabe.** Cornix, **Krähe.** Pedes habet ſquamatos, plerumque nigros, vel nigricantes (*). Roſtrum cultratum, in exitu uncatum, multum valet; mandibula ſuperior longitudinaliter fornicata. In-

Fam. IV. G. II. gluvie Accipitrum ſimili, in qua haud parum condere poteſt. Radix roſtri pilis obſita; lingua bifida. *Macropterus.*

(*) *Dapperus* Corvorum roſtro pedibusque rubris mentionem facit in Inſula *Breſt* novae Galliae, qui ſub terra in cuniculis habitant. Beſchr. Americâ p. 136.

I. Corvvs Simpliciter. Κόραξ; The Raven; Rabe omnium autorum. Corvus alter dorſo cæruleſcente, *Linn. Albin* II. 70.

Nitide niger; & album vidi, rarum; Hujusmodi Norvagia & Islandia alere dicuntur; cum tamen Islandia Corvos nigerrimos foveat; de quibus Parte III. inter raro contingentia numerandæ aves inſoliti coloris. Prope Lubecam Cornicem niveam, in Sileſia & Dresdæ Picas albas obſervavi. *Jo. Cajus* in Cumbria 1548 Corvos duos candidos ex eodem nido obſervavit ad aucupium factos ut Accipitres.

II. Corvvs Torqvatvs, Pedibvs Cinereis, Rostro Arcvato. *Feuillée* III. p. 14. Ringel-Rabe.

Roſtro $1\frac{3}{4}''$ longo, ad nares arcuato, nigro, in exitu cinereo; oculis nigris; torque cinerea; capite, dorſo, ventre & ſuperis alis nigris, ſub alis griſeus, hisque expanſis $5'$; pennæ plumæque ex ſordido albo fimbriatæ; crura pedesque ex nigro cinerea, ejus calami ad ducendas lineas miniatas excellunt ſubtilitate præ calamis noſtratum. Alium huic ſimilem habuit autor, ſed capite calvo corrugato roſei coloris. Forte fuit Vultur VIImus.

III. Corvvs Cristatvs. Avis Ococolin; ſeu Perdix montana mexicana, *Sebæ* I. p. 100. Tab. 64. n. 1. Straus-Rabe.

Autor avem *Perdicis* nomine ſalutavit. Corvum noſtratem magnitudine adæquat; differt ab illo, quod prolixam criſtam plumoſam in capite gerat. Roſtro paulo breviore; coloribus; viridi, cæruleo & aureo variegatus; alis lucide purpureis; brachia & extremitates remigum nigricant. Multum valet pedibus, digitis, unguibus; nullam ſpeciem Perdicis præ ſe ferens. Videſis Ococolin, hujus nominis avem aliam, Lanium mexicanum §. XXV.

IV. Corvvs Alter Minor; Cornix (*) ſimpliciter; Krähe.

(*) Quaedam avis clamoſa, quod clamoſa eſt, ut *cornu*, & quod diu vivat, ut cornu durat; quam derivationem vide in *vocabulario* breviloquio *Guarini* veronenſis.

1. Cornix Nigra; κορώνη. The common Crow; Chough; *Will. Albin* II. 21. Schwartze Krähe; Raben-Krähe. In Pruſſia raro apparet.

2. Cor

2. Cornix Cinerea. The Royston Crow, *Albin* II. 23. Cornix varia, *Gesn.* Cornix, capite gula alis caudaque nigris, trunco cinerascente, *Linn.* **Graue-bunte-Krähe.** Hyeme innumeræ granariis nostris noctu insident, quas Bubones sæpius disturbant, Cornicibus classicum canentibus, magnos strepitus excitantes. Fam. IV. G. II.

3. Cornix Nigra, Frvgilega. Frugivora *Aldr.* Corvus alter *Linn.* A rostri scabrioris asperitate: The Rook *VVill.* **Karechel; Roocke; Rooche; Rouch,** *Schvvenkf.* Spermologus seu Frugilega *Jo. Cajirarior.* p. 100. Tota nigra; ad radicem rostri cornea quædam substantia albida, vel albo collo ad caput in summo rostro donata.

4. Cornix Garrvla; Monedula; Graculus; Garrulus; **Dohle, Thale, Thole; Aelcke;** *Schvvenk.* **Tul; Rayke.** The Gack-Daw, *VVill. Albin* I. 14. Monedula torquata, the Helvetian-Daw with a Ring about his Neck, *Charl.* Corvus fronte nigra; occipite incano, corpore fusco, alis caudaque nigris, *Linn.*

5. Cornix Nigra, Garrvla, *Raj.* Naribvs Amplis. A chattering Crow, *Sloane* II. p. 298. Continuo garrit; præter nares europeæ similis. **Dohle mit weiten Naselöchern.**

6. Cornix Parva Profvnde Nigra. Monedula tota nigra, *Sloane* II. p. 299 *Raji.* Adeo nigra, ut color nullibi in corpore remissior, nec ullo cæruleo mixtus.

7. Cornix Garrvla Major. Monedula tota nigra, major, garrula; mandibula superiore arcuata, *Sloane* II. p. 298. Ani, *Marggr. VVill. Raj.* The great black Bird. **Dohle mit gewölbtem Schnabel;** Rostrum $\frac{3}{4}''$ distinguit avem ab aliis sui generis, quod versus caput sit adeo arcuatum, ut transversim per nares diem cernere liceat. Pedes *Margg.* male pinxit, quod monet *Sloanius.*

8. Cornix Flava; avis Ocostinitzcan, Columbæ magnitudine, *Sebæ* I. p. 97. t. 61. n. 3. **Gelbe Krähe.** Intersparsis in capite colloque plumis nigris; remiges supra & infra, una cum ventre, vivide flavi; in medio flavicantis caudæ fasciam latam habens.

9. Cornix Flava, Alis Cavdaqve Cinereis. Hoixotoel sive Saligna dicta, *Seba* I. p. 96 t. 61. n. 1. *Hernandez.* Columbam rusticam non superat; rostrum habet nigrum corvinum; trunco flavo; alis & mediæ caudæ pennis cinereis; oculis magnis rubicundis. **Gelb-graue Krähe.**

10. Cornix Corvina; Corvi species, Yrzquauhtli; seu Aquila minor novæ hispaniæ, *Seba* I. p. 97. t. 61. n. 2. **Rostig-Aschgraue**

Fam. IV. Krähe, propemodum Corvi magnitudine; alæ & cauda hepatici coloris.

G. II. 11. Cornix Rostro Pedibvsqve Rvbris. Coracias; The Cornish Chough, *VVill. Albin* II. 24. Oculis quoque rubris. **Schwartze Geist mit feurigen Augen.**

12. Cornicvla Sev Monedvla Indiae Orient. fascia infulata lutea, singularis figuræ, ex cervice versus oculos. **Dohle mit gelbem Nacken-Schleiff;** The Minor or Mino, greater and less, *Edw.* I. p. 17. Infula oculis legatur, quod distinctis verbis exprimi non potest. Color similis colori Columbæ in Sole vario; extremæ alarum pennæ in medio fasciam habent albam; majoris pedes rostrumque intense flava, minoris rubra in exitu flavicantia. *Edwardus* avem Indian Stair (*VVill.* t. 38) *Bontii*, Sturnum indicum esse judicat, quod ambæ aves sint ex insula Borneo; sed nihil certi affirmare possumus; quod *Bontii* figura æque parum valet ac *Albini* Minor from East-India II. 38.

13. Monedvla Pvrpvrea; Cornix Pvrpvrea; the Purple Jack-Dow; Choucas, couleur de pourpre, *Catesby* p. 12. **Purpur-Dohle.** Pependit 6 ℥; rostrum habet nigrum, caudam præ aliis Monedulis longiorem, cujus penna media longissima; unde & ad Picas, si libet, referri potest; pedes nigri; e longinquo avis nigra videtur, cominus autem tota purpurea est; fœmina fusci coloris.

§. XXIX.

GENVS III.

Gen. III. PICA; **Heher;** quasi Picta, elisoⁱt; a colorum varietate; ita communiter. Proxime ad Corvinum genus accedit, qua rostrum, pedes unguesque, nec male doctissimus *Linnæus* associavit Corvis Picas; quibus hoc loco postponendas judicamus, ne cum Corniculis facile confundantur. Distinguunt sese inprimis cauda longa, quod *Brachypteræ* sunt Picæ, Corvi vero & Cornices, Monedula purpurea excepta, quam & Picam diximus, *Macropteri.*

1. Pica Rvsticorvm; Vvlgaris. Pica varia, caudata; Agasse the Magpie or Piaret, *Albin* I. 15. *VVill.* The Pie, *Charl.* πιττα *græc* Corvus cauda cuneiformi, *Linn.* **Gemeiner Heher; Al-Elster; Alester,** *Schwenk.*

Ex nigro & albo varia; avis æque trium litterarum est, ac Corvus, & ingeniosus fur, peculatum in terra deponens; fabulator, prout omnes Laver-

Laverniones. Harlemi vidi Picam, quæ parvulum cochlear, quo ad Caldam utimur, artificiose ex mensula furata & ex hypocausto exiens *septimum præceptum* distincte & articulate pronuntiabat, pacem domesticam turbare doctissima avis. *VVormius* p. 293. albam habuit, qua colorem pro innocentissima habendam, cui subscripsit: Sed judex bonus est Pica nunc rarior alba. Prout Cornix escam quærit, & cadavera in societate Monedulæ frequentat; Passeres trucidans aliasque aviculas pullis incubantes. Fam. IV. Gen. III.

II. Pica Glandaria, *Gesn. VVill.* Garrulus recentiorum. Ghiandina *Olinæ* p. 35. The Gay, *Albin* I. 16. Corvus variegatus, tectricibus alarum cæruleis, lineis transversis albis nigrisque, *Linn.* **Holtz-Heher; Heerholtz; Holtzschreyer; Hatzler; Herren-Vogel; Marcolfus; Wald-Heher,** *Schvvenk.*

Jay a Joy, gaudium; γαίω, glorior, exulto. Revera elegans, variegata & hilaris avis; non desinit garrire; plumas capitis attollens vario corporis statu utitur; tectrices alarum albis, cyaneis nigrisque taxillis superbiunt; gulam & ingluviem suffarcinat glandibus, quas pro penu in cavis arboribus deponit. Tendiculis Turdorum haud raro capitur sorbi baccas appetens. Non confundenda cum Psittaco germanica; vide *Zornium epist. ad Bruckman.* de avib. German.

III. Pica Glandaria Cristata, Purpureo Caerulea; The blew Gay; Gai bleu, *Catesby* p. 15. **Blauer Holtzheher. Heerold.**

Facie nostrati per omnia similis; in capite constanter elevatam cristam gerit plumosam; gutture cæruleo; dimidio collo, rostro, pedibusque nigris, dorso fusco, ventre cinereo; remigibus terreis lituris variis; cetera cærulea.

IV. Pica Nucifraga. Nucifragus. **Nußbrecher, Nusbreischer, Nushäher, Nuskrähe.** *Schvvenk.* Graculi alpini seu montani genus, *Turneri.* Graculus nucum Sturni fere instar maculosus Caryocatactes, *Gesn. p. 216.* Altera species *p. 635.* Caryocatactes *VVillughb. p. 90.*

Duas novi potius varietates quam species; *alterius* totum corpus fuscis & albentibus maculis varium ad instar Sturni; rostro valido anguloso, Cornicis lingua, prout omnium Picarum, nonnihil divisa; longiori. *Alterius*, quæ minor, lingua brevissima, quasi in gula posita, & ad angulos mandibularum terminatrice, magisque fissa, rostro duas fere uncias longo, teretiusculo, mandibula superiore longiore; **Tannen-Krähe, Zannen-Häher;** Caryocatactes (quod vocabulum Athendo instrumentum audit, quo nuces franguntur) quam optime descripsit *VVillughbe-*

Fam. IV. Gen. III. *jus:* conferantur *Gesn.* & *Schvvenkf.* Illa exquisite frangit, hæc pertundit nuces avellanas; *ambæ* & baccis variis sylvestribus, imo insectis vescuntur; nidificant in cavis arboribus, autumno nuces glandesque, prout Pica glandaria in arboribus recondunt.

V. Pica, Mervla Mexicana, *Sebæ* I. p. 101. t. 64. n. 5. **Mexicanscher Nußheher, Nuskrähe.**

Merulæ nomen non meretur. Ipse *Seba:* Turdos nostrates magnitudine multum superant, rostroque in omnem dimensionem grandiore gaudent. Color cinereus, ex rubedine undulatus.

VI. Pica Mexicana Alia, *Seba* I. p. 101. t. 64. n. 6. **Mexicansche Aelster.**

Forti rostro utitur quodammodo anguloso; capite & superiore corporis parte nigris; genis plumæ albæ interspersæ sunt, prout & thoraci ventrique, rubedine quidem obscurioribus; sic & tectricibus inhærent plumulæ albæ; remiges cum cauda nigri ex albo varii.

VII. Pica seu Garrvlvs Argentoratensis, *Aldr.* Cornix fera, picta, cærulea. Psittacus germanica, *Schvvenk.* Corvus dorso sanguineo, remigibus nigris, rectricibus viridibus, *Linn.* **Mandelkrähe. Racker. Galgen-Reckel; Galskregl; Teutscher Papegey. Wilde Gold-Krähe,** *VVorm.* p. 296. **Blaue Raacke.** The Rollet. *VVill.*

Superiore corporis parte hepatici coloris; messis tempore frumento congesto insidet, granis vescens & insectis in arvis delitescentibus. Pulli in nidum cacant, unde ipsi diffamantia nomina; maxime variegata pictaque inter omnes aves europæas, unde nomen Psittaci. *Zorn.* II. p. 267 hanc avem bene descripsit sub nomine **Birckheher.** Extra messem se prolemque suam baccis sylvestribus variisque insectis nutriens. Huc pertinet Pica glandaria capensis, *Albin* I. 17 quod proxime ad nostratem accedit.

VIII. Pica Ternatana, avis paradisiaca, Dea Ternatana, *Seba* I. p. 74 t. 46. **Ternatan-Heher.**

Descriptionem autor a rostro incipit: Rostrum longum, flavum, rectum, acuminatum, *quale Picæ* est &c. sine dubio inter Picas numeranda avis; an, Pica caudata indica, *Charletoni?* Dn. *Seba* omnes aves exoticas, *cauda longa*, paradisiacas aves vocat. Sic dictæ Manucodiatæ vel aves paradisi, omnino quidem ad Picas referendæ, nec tamen omnes aves cauda longa, paradisiacæ nedum Picæ sunt.

IX. Pica Ex Albo Et Nigro Varia, Dvabvs Cavdae Pen-

NIS SIMPLICIBVS PRAELONGIS; Avis paradisiaca orientalis, ex albo & nigro varia, *Seba* I. p. 85 t. 52 **Waygeboe-Heher.** Fam. IV. Gen. III.

Capite colloque purpureis; rostro albicante, ad nares crinato; remigibus nigris, trunco albo; pedibus rubicundis, unguibus albis.

X. PICA EX LVTEO ET NIGRO VARIA. The yellow and black Pie, *Raj.* **Tarnaischer Heher.**

Rostrum, gula, pars dorsi, caudaque nigra; alæ ex albo & nigro variæ, reliqua trunci aurantii coloris.

XI. PICA PARADISI.

1. MANVCODIATA; AVIS PARADISI; **ParadiesVogel,** communiter *autorum.* Manucodiata I. *Aldr. VVill.* capite aureo, **mit goldgelbem Kopff;** integra & pedata in Armario Societ. Gedan.

Aldrovandus est ex illis, qui fabulæ, quod *apos* sit avis, plenissimam fidem dedit, adeo, ut *Antonium Pigafettam*, qui primus Manucodiatam in Europam intulit, convicio verberaverit, quod pedatam dixerit. Nugigeruli pro historia hanc fabulam venditant, addendo, fœminam, ob defectum pedum, mari ovula dorso imponere, iisque in libero aëre incubare, cum solo aëre, prout fabula de Chamæleone sonat, vescuntur ejusmodi aves. Sane digiti, ungues pedesque integri tantum valent, ut etiam aviculas, more Lanionum, accipere queant; rostraque talium avium satis consolidata, ut, prout Picæ, non solum a fructibus sed & ab aviculis victum quærant; conferantur inprimis *Jo. de Laet. Marcgr. Clus. Worm. Bont.* solet etiam inter Falcones collocari, quod rostro & unguibus incurvis & peracutis prædita est, quibus instar reliquarum rapacium avium aviculas captat & devorat; Sed quam difficile est, præjudicia & falsiloquia vanitatum studiosis & arroganter de se sentientibus præcludere; & scurrilia impudenter narrantur; quibuscum iis quibus non de meliori luto finxit præcordia Titan misere imponitur; ejusmodi nugis abundant aliquando Trasonum experimenta in summum detrimentum historiæ naturalis; quasi pro lubitu in rebus physicis ludere & illudere liceat.

2. MANVCODIATA II. *Aldr.* Bird of Paradise, *Will.* Albo capite auro infecto; rostro & viridi luteo; duobus funiculis corneis longisque ex uropygio. **Weiskopffiger mit goldgelben Flecken und grün-gelbem Schnabel.**

3. MANVCODIATA III. *Aldrov.* Hippomanucodiata, *VVill.*

4. MANVCODIATA IV. *Ejusd.* seu cirrata, *VVill.*

5. MANVCODIATA V. seu vulgaris, *Aldrov. VVill. Gesn.* in icone.

6. MANVCODIATA REX, *Marggr. VVill.* **Königs-Heher.**

7. REX

Fam. IV. Gen. III. 7. REX AVIVM PARADISIACARVM MAJORIS MODVLI, a *VVill.* descriptus p. 61. Vide Manucodiatas *VVormii* cum quibus conferantur.

8. *Sebæ* AVIS REGIA SEV PARADISI, MINOR AMBOINENSIS I. 65. t. 37. n. 15.

- - - AVIS PARAD. AROESICA, maxima subrubra, mas & fœmina p. 99. t. 63, n. 1. 2.

- - - AVIS PARAD. ORIENTALIS, vario colore elegantissimo p. 95. t. 6. n. 2. 3.

XII. PICA NIGRA Jamaicensis, plumis intersperſis purpureis e viridi resplendentibus, rostro novaculæformi. Monedula tota nigra *Sloane* II. t. 298. The Razor-billed Black-Bird of Jamaica; *Catesby app.* p. 3.

GENVS IV.

Gen. IV. STVRNVS. **Staar.** Lingua bifida, Picis congener, nec multum pedibus differt, postico digito plerumque longiore; cauda & rostro a Picis alienus; rostro depresso.

I. STVRNVS PRATORVM, VVLGARIS. Sturnus simpliciter, *autorum.* Nonnullis Sturnellus. *Italis:* Storno, Stornello; *Angl.* Stare, Starl. *Gall.* Etourneau. **Rinder-Staar, Spreche** *Schwenk.* **Spree.** Sturnus rostro flavescente, corpore nigro, punctis albis, *Linn.*

II. STVRNVS NIGER, ALIS SVPERNE RVBENTIBVS. The red-wing'd Starling; Etourneau à l'aile rouge; an Alcolchichi *Will.* p. 391? *Catesby p. 13.*

Totus niger, præter maculas rubras pauco luteo admixto in alis. **Caroliner Staar mit rohten Schultern.**

III. STVRNVS CRINIBVS CINEREIS ET DELIBVTIS CALAMISTRO IN VALLVM AD FRONTEM COMPOSITIS. The Chinese Starling or Black-bird *Edvv.* p. 19. **mit weissem** Touppè.

Corpore nigro; in medio 4 majorum remigum alba macula transversali; rostro pedibusque luteis; crista in capite macula nigra.

IV. STVRNVS, CAVDA DIVISA. Turdus niger mexicanus. *Seba* I. p. 107. t. 65. n. 4. **Staar mit getheiltem Schwantz.**

Nil minus quam Turdus; cauda ultra pollicem divisa.

§. XXX.

§. XXX.

GENVS V.

Fam. IV. Gen. V.

TVRDVS. **Die Drossel.** Hoc genus adeo peregrinum non est, quin & exoticæ aves illi conciliari queant. Turdus est elato pectore; rostrum fert mediocriter firmum; cujus acies hebent; mandibula inferior recta, superior in medio decrescens levi unco inferiorem parumper superat. Coloribus inter se differunt; rictus communiter aureus; vescitur baccis vermibusque; magnitudine diversa.

I. TVRDVS VISCIVORVS, MAXIMVS. Turdela (*) *Gesn. Aldrov. Isidori.* Turdus viscivorus major, *Will.* **Schnarr-Drossel. Mistel-Drossel. Schnarre, Schnerre; Mistel-Ziemer. Mistler;** *Schwenk. Frisch.*

(*) Quasi major Turdus cujus stercus viscum generare dicitur; *Guarinus.*

Paulo infra Picam; major omnibus in genere; rostrum pedesque ex fusco flavent; ungues nigricant; collum & venter variis squamulis albicantibus, rarisque flavis; alæ dorsumque fusci coloris; rictus cum cute rostri intermedia pallide rubent. *Frischius* negare videtur, avem *Visci baccas* per anum reddere in arboribus ex cortice vegetantes. Sed nullam causam dubitandi habet, licet quoque rostro illas deportare & deponere possit. Novimus viscum esse plantam parasiticam, baccasque non diu in ingluvie & intestinis hærere, sed integras reddi tanquam semina valde glutinosa, ut cito vegetare queant; non adeo acceptus hic Turdus in cibis, quod ejus caro difficilis est concoctionis.

II. TVRDVS SIMPLICITER. Turdus medius pilaris, *Aldr.* **Gros-Blau-Zimmer; Kramet-Vogel-Drossel. Wacholder-Drossel.** *Schwenk. Will. Frisch.* Turdus pilaris, Tourdelle, *Albin* I. 36. Tordo, *Olinæ* p. 25. Turdus rectricibus nigris, extimis margine interiore apice albicantibus, capite cano, **Kramsfogel,** *Linn.*

Major Merula; rostro subflavo, in extremitate nigricante; collum dorsumque inferum cæruleſcunt, nigris punctis adspersa; dorsum reliquum rufum; pectus cum inferiori collo varium, simile præcedenti; interiores alæ venterque albent; pedes fusci; pennæ alarum ex rufo nigricant; cauda nigra. Plurimæ advenæ sunt. Permultæ permanent, & nidulantur in Prussia. Per integram hyemem juxta Gedanum ex sylvis olivensibus nobis sunt ab epulis. Valent figuræ Turdorum apud *Albinum* præ figuris *Frischii.* Meminit *Schwenk.* Turdi pilaris capite albo, qui λευκοκέφαλος.

Fam. IV. Gen. V. III. Tvrdvs Iliacvs. Illas aut Tylas; Zieh-Pfeiff-Drossel; The Redwink, Swine pine or Wind Trush, *Will.* Turdus minor, *Schvvenk.* Weiß-, perperam Sing-, Drossel, *Frisch.* Turdus viscivorus, maurus; the Misle-Bird *Albin.* I. 33. (omnes Turdi viscum appetunt) Dn. *Linnæus* Turdum Iliacum & Turdum alis subtus ferrugineis linea supra oculos albicante unum eundemque dicit. Iliacus non canorus, non nisi vocem Zip, Zip edens.

Major est Turdo musico; sub alis ex pauco rubro flavescit, potius albicat; mandibula superior fusca, inferior flavicans; minus fuscus per dorsum, pectusque varium dilutioris coloris, quam *Turdi musici*, nec lineam super oculos albicantem habet; Fere apud omnes autores confunditur cum musico. Plura Parte III.

IV. Tvrdvs Minimvs, nostras, *Frisch.* Turdus musicus, *Schvvenk.* The Mavis or Sang-Trush, *Albin* I. 34. Turdus iliacus rouge aile I. 35. hic mas illa fœmina. Turdus alis subtus ferrugineis, linea supra oculos albicante; Klera, Kladra, *Suec;* Habitat in sylvis acerosis, e quarum summo cacumine tempore veris egregie cantillat, *Linn.* Sang-Drossel; Wein-rohte Drossel. Turdus musicus in altissimis, *nobis.* vid. Part. III. §. XXIV.

Cantilena Lusciniam imitatur; incognitam mihi, absoluta cantilena, juvenis sclopo necavi, expertus, Turdum alis ferrugineis esse Turdum musicum; quam speciem postea in caveis colui.

V. Tvrdvs Niger; Merula *simpliciter.* Merla, *Olinæ* p. 29. Schwartze Drossel, *vulgo.* Schwartze Amsel; Meerle; *Schwenkf. Frisch.* Κικλη s. κικήλα; Turdus ater rostro palpebrisque fulvis, *Linn.* Fœmina terrei coloris; superior mandibula mobilis. (*) Rara Merula alba est, rostro flavo, *Schwenk.* vid. N. IX.

(*) v. Miss. de pisc. V. §. XXX.

VI. Tvrdvs Torqvatvs; Merula torquata, *Schwenk. Frisch.* Merula fusca *Eberi.* Merle au Collier, *Albin* I. 39. Merula nigricans, rostro flavescente, torque alba, *Linn.* Ring-Drossel; Ringel-Schnee-Meerros-Drossel.

Rostri pars superior tota fusca est, inferior subflava; Intra collum & pectus prona parte torquem habet albam duorum digitorum, dimidiatam.

VII. Tvrdvs Avrevs; Merula aurea. Oriolus; Gold-Drossel. Witthewale, Bierhold. Bierolff. Beerhold. Gold-Meerle; Kirsch-Vogel;

Vogel; Pyrold, *Schwenk. Frisch.* Galbula, *Aldr.* Picus nidum suspendens; Icterus *Plinii.* The yellow Bird from Bengal, *Albin* III. 20. est varietas proxime ad nostratem accedens; vid. The blackheaded Indian Icterus, *Edw.* II. p. 77. Conf. infra No. XII. In *Catal. av. Petropol.* p. 375. Galbulas vide inter Sturno-congeneres. Fam. IV. Gen. V.

Schwenkfeld Pici genus Merulæ magnitudine esse dicit; sed omnibus numeris Turdus est; rostrum anterius flavum, posterius rutilum; truncus aurei coloris; alæ ex cæruleo fuscæ. Pedes cæruleſcunt, ungues ex fusco rubent; lingua bifida hanc avem in Picum vertere nequit; Nidum in ramis arborum suspendit; nec exinde Picus. Vocem quasi ex fistula claram cantat, variatque. Cerasa inprimis in deliciis habet.

VIII. Turdus Ruber Cyaneo Capite. Blaue Drossel; Blaukopffige rohte Drossel. *Frisch.*

Collum, dorsum alasque habet ex cæruleo rubentia, variegata; pectus, ventrem infimum caudamque aurantii coloris, rostrum pedesque nigra. *Edwardi* I. p. 18. Solitaire Sparrow, Passer solitarius dici nequit; sed Turdus musicus cæruleus; autor putat Passeri solitario congenerem esse *Aldrov.* cæruleum *Bellon. Will.* p. 141. Avis dubia.

IX. Turdi Albi, weisse Droslen, *Frisch.* conf. N. XXIX.

Duos exhibet Tab. 33; alterum niveum, raris maculis; alterum dorso fusco; maculis copiosis; vel varietates, vel colores sunt accidentales, vel mas & fœmina. In Africa occidentali Bambucæ & Galami Turdi, vel Merulæ albissimi, nec non variegati. *Vogel itin;* coloribus variis mixtis.

X. Turdus Pilaris Maculis Lunatis Variegatus. The Pied-Field-fare *Albin* II. 36.

Collum ultra pectus album cinereo mixto, plumbagine maculatum; infimus venter lunulis terreis in longum dispositis varium; pedes caudaque nigricant; dorsum & alæ fusci coloris, albo decorata. Rostrum sordide luteum, pectus rufo maculatum. An, ipse Passer solitarius? *Will.* an cæruleus indicus, The indian Moekbird, *Will?* Passerem solitarium ipse nunquam vidi.

XI. Turdus, Passer Solitarius dictus. *Will.* Passera solitaria, *Olinæ* p. 14. Spree-Drossel; einsahme Drossel.

Proprie pro Passere solitario habetur; magnitudine Turdi ni[illegible] ex nigro & cinereo tygrinus, ad Sturni instar. *Olinæ* figura optima au[illegible]it, & secundum hanc *Albini* Turdus pilaris variegatus No. X. non est Passer solitarius.

Fam. IV. Gen. V.

XII. TVRDVS TOTVS RVBER. Icterus Surinamensis ruber. The red-bird from Surinam, *Edw.* p. 39. **Rohte Wittewal.**

Autor hæsitat, utrum avis ad familiam Pari aureo capite, an vero ad Luſciniam virginianam, an ad garrulos Bohemicos referenda; nos ſine difficultate eandem ad Turdorum genus & quidem ad Icteros trahimus.

XIII. TVRDVS MINOR VARIVS; Icterus minor, nidum ſuſpendens, *Raji.* an Ipajuba ſeu Japu, *Marggr. Will?* The Watchy Picket, or Spaniſh Nichtingale, *Sloane* II. 299. T. 257. The american Hang-Neſt, *Raj.*

Coloribus fuſco, nigro, albo & xerampelino (feuille mort) varius; videtur eadem cum Luſcinia virginiana, capite non criſtato D. *Clayton* phil. Tranſ. No. 206 p. 933; cum tamen hæc ad Coccothrauſtas pertineat. Illius varietas eſt: Icterus minor nidum ſuſpendens alter, *Sloane* Tab. 258, coloris crocei.

XIV. TVRDVS MINOR, GVTTVRE NIGRO. Icterus minor; the Baſtart Baltimore, *Catesby* p. 49. **Schwartzbartiger Wittewall.**

Alæ caudaque bætici coloris, plumis in extremitate albis; reliqua corporis crocea; pedes cærulei. Fœminam, ſecundum deſcriptionem *Catesbeji* ſuſpectam habeo; nimis elegantibus ſuperbit coloribus præ mare, qua prærogativa, præter fœminas Accipitrum, nulla avis ſequioris ſexus gaudet; deſcriptiones itaque, me judice, ad ſexum invertendæ.

XV. TVRDVS ICTERVS EX AVRO NIGROQVE VARIVS. The Baltimore-Bird *Catesby* p. 48. **Gelbbunte Droſſel, Wittewall.**

Optimo jure varietas Icteri europæi, No. VII, dicitur.

XVI. TVRDVS NIGER; Merulus variegatus; the Pied-black Bird. *Albin* III. 37. **Schwartzgefleckte Amſel.**

In primis a roſtro luteo ad dimidium usque dorſum pectusque ſuper albo notabilibus nigris maculis varius. The Condra from Bengal, *Albin* III. 24 varietas eſt. Vertex, gula, dorſum, alæ & cauda picei ſunt coloris; roſtrum luteum, inter verticem & guttur linea alba in vertice concurrens. Super alis habet 6 maculas albas; infimus venter albus.

XVII. TVRDVS MVSICVS CAROLINIENSIS; Turdus pilaris migratorius; The field-fare of Carolina; Grive brune de paſſage. **Carolinſche Sang-Droſſel,** *Catesby* p. 29.

Proxime ad noſtrum Turdum muſicum accedit, niſi, quod ſuper toto corpore colore noſtratis, quo ſub alis tinctus eſt, pictus ſit.

XVIII. TVRDVS AQVATICVS, Merula aquatica. The Water Ouzell, *VVill.*

VVill. Albin. II. 39. Wasser-Drossel. Motacilla pectore albo, corpore nigro; an Picus murarius, *Aldr?* vid. Part. III. §. XXIV. Fam. IV. Gen. V.

XIX. TVRDVS RVFVS. The fok coloured Trush; grive rousse; *Catesby* p. 28. cauda longa neglecta. Rostige Drossel.

Rostro nigro, pedibus fuscis; a gula ad usque crura albicat, ex fuscis rarisque maculis varius; caudam fert negligenter.

XX. TVRDVS OCVLIS CAERVLEIS. Blauäugige Drossel. The Banan-Bird from Jamaica. *Albin* II. 40.

Mandibula inferior cærulea; superior una cum capite & collo ad usque pectus nigricat; reliquum trunci luteum; alæ & cauda nigræ; super alis quatuor albæ striæ; pedes carnei; Rostrum perperam paxilliforme pictum; nam *sic autor:* „The mouth almost two Inches long, savy „only, that it is a little more arch'd or bending downward &c.„ prout sunt Turdorum rostra.

XXI. TVRDVS MINOR CINEREO ALBVS, IMMACVLATVS. *Sloane* II. p. 306. t. 256. f. 3. The mockbird, le mocqueur, *Catesby* p. 27. Graue lang-Schwäntzge Drossel.

Caudam longam verticaliter attollens; scurrula avis. Vid. N. XXIX.

XXII. TVRDVS VISCIVORVS, PLVMBEVS. The red-leg'd Trush; Grive aux jambes rouges; *Catesby* p. 30. iride aurea.

XXIII. TVRDVS MINIMVS; The little Trush; petit grive *Catesby* p. 31. cum Turdo musico comparandus; vid. No. XVII.

XXIV. TVRDVS, sive MERVLA INDICA, PECTORE CINNABARINO, an *Marggr.* Jacapu? *VVill.* Cinnober-brustige Drossel.

XXV. TVRDVS CORONA RVBRA; Muscicapa, corona rubra; The Thyrant; *Catesby* p. 55. Rohtköpffige Drossel.

Infimus venter cinereus; dorsum fuscum; cauda nigricans; in vertice rubra stria. Turdus est, etsi pullos vespis aliisque insectis nutrire dicatur, quod & aliis Turdis competit. Sic Falco Buteo XII vespilegus e.t. Ab esca autem genera derivare omnino fallit.

XXVI. TVRDVS PECTORE LVTEO, Oenanthe Americana pectore luteo. The yellow breasted Chat; Cul blanc à la poitrine jaune, *Catesby* p. 50; à rostro super integro trunco infero luteus, supero cinereus.

XXVII. TVRDVS FVSCVS; Merula fusca; *Raj. Sloane* II. p. 305 t. 256. The Trush; Pomerantz-Schnäbeler; graue Amsel.

Rostro aurantio notabilis; in cujus extremitate macula nigra; sub mento albus; pedibus luteis.

XXVIII. TVRDVS CRISTATVS. Muscicapa cristata, ventre luteo.

Fam. IV. Gen. V. The crested Fly Catcher; le Preneur de Mouches huppé. *Catesby* p. 52. **Schup-Drossel.** Capite, collo & pectore plumbeus; ventre luteo; dorso viridescente; cauda fusca; sub cauda rutilans.

XXIX. TVRDVS MINOR CAERVLEO-ALBVS, IMMACVLATVS, ALTER, *Sloane* II. t. 256. *Raj.* p. 185. Turdus americanus minor, canorus, ex cinereo albus, non maculatus; The american Song-Trush; Mockbird or Nichtingale, *Raji* p. 64. Concoktlatelli, *Hernandez; Nieremberg;* The Singing Bird.

XXX. TVRDVS BENGALENSIS; The Baniahbow from Bengal, *Albin* III. 19. **Braungelber Mistler.**

XXXI. TVRDVS CRISTATVS; Avis paradisiaca brasiliensis, seu Cuirri Acamaku cristata, *Sebæ* II. p. 93. t. 87. n. 2. **Plümen-Schwäntzel.**

In desertis; raroque capitur; dorso & super cauda lanata castaneus; tectricibus alarum aureis; pectore & ventre albicantibus; rostro rubente; capite & crista plumosa coracini coloris.

XXXII. TVRDVS S. MERVLA SAXATILIS. The greater Redstard, *Albin* III. n. 55. *Will. Raj.* **Berg-Amsel.**

Cinereus; in pectore maculis albis; alis fuscis, plumis in ambitu luteis; venter rubicundus; rostro nigro, rictu aureo; pedibus castaneis. Turdus rectricibus rufis, duabus intermediis cinereis fascia nigricante; proxima apice cinerea, *Linnæi.*

XXXIII. TVRDVS LVTEO-NIGER; GVTTVRE PILOSO; CAPITE, GVLA ROSTROQVE DORSO CAVDAQVE NIGRIS; CERVICE, VROPYGIO ET TOTO VENTRE LVTEIS; ALIS NIGRIS, TECTRICIBVS ALBO FIMBRIATIS; ROSTRO VNCIALI. Pica luteo-nigra varia; The yellow and black Pie; la pie jaune & noire, *Catesby app.* p. 5. Avis docilis.

XXXIV. TVRDVS CRISTATVS, ROSTRO BREVI AD ORTVM LATO; EVROPAEVS. **Seidenschwantz.** La zgrive bohemienne, *Frisch.* The Bohemian Gayor Chatterer. *Albin* II. 26. Garrulus bohemicus, *Gesn.* Ampelides *Aldr.* Bombicilla incendiaria; Zincirella, a voce, *Schwenk.* γραφαλος Microphœnix, *Fabri.* Ampelis remigibus quibusdam apice membranaceo terminatis, *Linn.* Notissima avis, cujus amplam descriptionem & historiam vide in *miscell.* regni Bohemiæ *Balbini* Decad. I. lib. I. cap. 71. Cujus varietas:

XXXV. TVRDVS GARRVLVS CAROLINIENSIS. The Chatterer; le Jaseur de la Caroline, *Catesby* p. 46. **Grauer Seidenschwantz;** tantum non valet coloribus, quantum europæus.

XXXVI.

XXXVI. TVRDVM MVSICVM PALVSTREM, DVMETORVM, ARVNDINVM. Bruch-Weiden-Rohr-Drossel. vid. Parte III §. XXIV. Fam. IV. Gen. V.

XXXVII. TVRDVS ROSEVS, CAPITE EX NIGRO CAERVLEO, ET CIRRO RETRO COMPTO; ALIS ET CAVDA NIGRIS; ROSTRO VLTRA DIMIDIVM LVTESCENTE; Hispanis Tordos. The Roze or carnation-colour'd Ouzel of *Aldrov.* XVI. c. 15 & *Willughb. Edward* p. 20. Huc pertinet Avis incognita *Bruckmanni* Epist. Itin. CLXI; Haarzopffige Drossel.

§. XXXI.

GENVS VI.

Gen. VI.

ALAVDA; Lerche. Rostrum tenuius Turdorum rostris; aciebus obtusis; præcipua nota generica est digitus posticus ungui prælongo in acutum producto, ab aucupibus Calcar, die Spore, dicto. Græcis κορυδαλον, a κορυς, galea, quæ tamen nota non omnibus communis; Latinis Alauda a laude Dei, quod in aëre cœlum versus se attollens cantilena Creatorem laude persequitur; Passerem magnitudine parum superans.

I. ALAVDA SIMPLICITER. Alauda cœlipeta; non cristata; quod plumulas raro in cristam attollit, vertice plano, *Schwenk.* Alauda vulgaris; the common Lark, *VVill.* Himmel-Sang-Feld-Lerche. Alauda pratorum, *Frisch;* Alauda sine crista, *Gesn. Aldrov.* Calcanei avis plurium annorum longissimi; rostrum nonnihil flavescit. Alauda rectricibus extimis duabus extrorsum longitudinaliter albis, intermediis interiori latere ferrugineis, *Linn.*

II. ALAVDA SYLVESTRIS, PRATORVM; Alauda novalium, *Frisch.* Alauda arborea; Heide-Wiese-Brach-Mittel-Wald-Stein-Lerche, *Schwenk.* Alauda sylvestris, *Albin* I. 42. Alauda rectricibus fuscis, prima oblique dimidiato-alba, secunda macula cuneiformi, alba. *Linn.*

Hæc nomina unicam avem indigitant; Alauda vero pratorum *Frischii* cœlipeta est, annum ætatis primum cum dimidio nondum superata, calcaneo tunc adhuc brevi; Tattovilla, Lodola di prato, *Olinæ* p. 27. Idem dicendum de *Frischii* Alauda fistulante, Pfeiff-Piep-Lerche & de Alauda minore, the Pippit or small Lark, *Albin* I. 43. 44. Sic Alaudæ Lipsienses cœlipetæ & nostrates diversæ species non sunt, etsi illæ magnitudine, corpulentia, & una alterave penna diversa nostrates parum distinguant.

III. ALAVDA CAPITATA CRISTATA, VIARVM, *Schwenk. VVill.*

Lodola

Fam. IV. Gen. VI. Lodola *Olinæ* p. 13. *Albin* III. 52. Kobel-Koht-Wege-Heubel-Lerche; Galerita, *Frisch.*

Media hyeme in pagis viisque, inter Passeres & Emberizas frequens.

IV. Alavda Alba. Weisse Lerche, *Frisch.*

Putat quidem Dn. *autor* ex Norvagia in Germaniam ejusmodi aves migrare, ubi plura animalia albo induta colore; cum autem plagæ boreali nos magis vicini, nec tamen vel semiseculo tale phænomenon nobis obviam venit, verisimilius est, aviculas albas casu generari. In vicinia tota fere alba Luscinia caveæ inclusa, quam non dixerim ex Norvagia advenam. Sæpe Passeres, Hirundines Picæque albæ apparent. In nido muris domestici aliquando offendi tres pullos griseos vel cinereos, duos autem albos, quos per biennium in museo alui, resectis eorum dentibus caninis.

V. Alavda Gvttvre Flavo, Virginiae Et Carolinae; *Catesby* p. 32; *Aviar. bareuth.* Gelbbartige Lerche.

Corpore superne subfusco; rostro nigro; ex cujus radice linea nigra infra oculos in genas ducta; oculi plumis flavis stipati; gutture ad usque pectus flavo; pectus inverso semilunio insignitum; ventre ad dimidiam caudam albicante; calcaneis longis; pedibus griseis, Ejusmodi avis anno 1667. d. 21 April. prope Gedanum (zur Saspe) capta; sine dubio per tempestatem in Norvagiam & illinc ad nos delata. Ecce, die secunda ♄ Decembris anni 1747 eadem avis ab aucupe Zoppottensi viva & hilaris ad me defertur, quam caveæ commisi. Unica fuit, & inter alias aves in area avicaria non longe a littore pagi Zoppot capta.

VI. Alavda Magna; the large Lark; grande Alouette; *Catesby* p. 33. Dubbel-Lerche.

Toto ventre flavo; pectore zona lata nigra & curva notato, figuram solæ ferreæ equinæ referente; caudam attollens; cantat harmonice. Calcanei ducta corporis proportione breviores, quam Vtæ. Pependit 3¼ ℥; ex America septentrionali.

VII. Alavda, quæ Calandra *Bellon.* Secundum figuram apud *Olinam* p. 30, Alauda est; rostro paulo crassiore, vel ex errore aut negligentia pictoris.

Cæterum *VVillughbejus* & *Rajus* Locustellam *Johnstonii*, Spipolettam, Alaudis majorem & Glareolam Alaudis adnumerarunt. vid. quoque Alaudas Tunguficas auritas, *Catal. av. Petrop.* p. 376.

§. XXXII.

§. XXXII. Fam. IV.

GENVS VII. Gen. VII.

FICEDVLA. (*) **Fliegenstecher.** Musci-vermi-peta. Aviculæ parvæ, quarum quidem rostra cum rostris Alaudarum conveniunt, tenuiq, acie hebeti; sed ungues digitorum quatuor breves & fere inter se æquales, sine calcari. Distribuuntur in tres tribus: 1 Luscinia sive Curruca 2 Trochlodytæ 3 Sylviæ.

(*) A ficu dicta, quia ficus magis edat, dicitur & Ficedalensis; *Guarinus;* cum tamen vermipeta avis sit.

§. XXXIII.

TRIBVS I. Tr. I.

LVSCINIA. Curruca. **Nachtigall; Grasmücke.** Sub utroque nomine nota.

I. LVSCINIA *simpliciter.* Luscinia major & minor, *Schwenk.* Φιλομηλη; Acredula, *Cic.* Ἀηδὼν, quod in lucis canit. The Nightingale, *VVill. Albin* III. 53. **Grosse und kleine Nachtigall.**

Alæ subaquilini coloris, ad caudam parum lateritii; *Schwenk.* Tota fere cinerea est, parum rubedinis obtinens. *Frischius* duas appellat species; altera magis rubet, & audit avis rubicunda, **Roht-Vogel,** altera **Spros-Vogel, Sprosser,** noctu inprimis canora; hæc nostratibus **Nacht-Schläger,** aliquanto major est altera: **Tagschläger, Dörling,** *Schvvenk.* Rossignuolo, *Olinæ.* Nidulantur sub herbis in tellure. Dn. *Linn.* genus constituit Motacillæ, cui Luscinia est: Motacilla ruffo-cinerea, genuum annulis cinereis; (**Wedelschwantz**) Retinuimus nomina antiqua.

II. LVSCINIA ALTERA; Curruca vera canora; Curruca cantu Lusciniæ *Frisch.* Beccafico ordinario, *Olinæ* p. 11. An Ficedula 7ma *Aldrov.* an 4ta *VVill?* **Baum-Nachtigall; Grasmücke** *simpliciter.* **Fahlgelbe Grasmücke;** communiter enim Currucæ & multæ aliæ Ficedulæ inter se confundi solent. Fig. I. Fig. I.

Ex cinereo flavicans; Lusciniam sollicite imitatur cantilena.

III. LVSCINIA FVSCA; Curruca fusca autorum, v. *Frisch.* Beccafico cannapino, *Olinæ* p. 11. **Braungefleckte Grasmücke.**

Cantu stridula est; Dn. *Linnæus* Currucam appellat veram: Motacilla supra fusca, subtus ex albida, macula pone oculos grisea; & Ficedu-

Fam. IV. Gen. VII. Tr. I. lam 7mam *Aldrovandi:* Motacilla virescente cinerea, artubus fuscis, subtus flavescens, abdomine albido.

IV. Lvscinia Salicaria; *Gesn.* Sedge-bird, *Albin* III. 60. Weidenmücke; Weiden-Zeisig. Kleine graugelbe Grasmücke.

V. Lvscinia Nigricans; Muscipeta nigrescens. The black Cap Fly-Catcher; Preneur de mouches noiratre, *Catesby* p. 53. Schwartze Grasmücke.

In capite picea; dorsum alæ caudaque fuliginosæ; pectore & ventre flaventibus; undulatis.

VI. Lvscinia, Mvscicapa Ocvlis Rvbris. The red Ey'd Fly Catcher; Preneur de mouches aux yeux rouges, *Catesby* p. 54.

Oculi intra circulum rubrum positi; rostrum dimidium plumbeum; supra oculos linea alba; capite cinereo; dorso viridescente; collum pectus & venter albescunt; pedes rutilant.

VII. Lvscinia, Mvscicapa Fvsca; the little brown Fly Catcher; petit Preneur de mouches brun; *Catesby* p. 54. Fahle mit braunen Flügeln.

Corpore superne cinereo; alarum plumis pennisque bæticis, fimbria alba; ventre ex luteo sordide albo; mandibula superior nigra, inferior lutea.

VIII. Lvscinia Vropygio Lvteo; Gelb-Steis. Parus uropygio luteo, the yellow Rump; Mesange du corupion jaune; *Catesby* p. 58.

Prout Parus arboribus adhæret; nec tamen Parus est, prout nec Certhia reptatrix *Bellon.* Uropygium lutescit, cæterum est fusci coloris viridi imbuti.

IX. Lvscinia Pectore Flavo; Parus bahamensis; The Baham Titmouse, Mesonge de Bahama; *Catesby* p. 59; Gelb-Brüstel.

Non est Parus; parvula avis, cujus rostrum quadantenus curvatum; pectore colloque limonei coloris; capite dorsoque fuscis; supra oculos linea alba; cauda producta, ex fusco & albo varia.

X. Lvscinia seu Philomela e Fvsco Et Lvteo Varia, *Raji*, *Sloane* II. 307. t. 259. A black and yellow Bird. Schwartz und gelb-bunte Nachtigall.

Longitudine 4½ unc.; rostrum nigrum ½''; capite ex nigro & fusco vario; lineis angustis albis supra oculos; mento & maxima parte dorsi æthiopici coloris; uropygio flavo, cauda alisque pullis, ad extremitates albentibus; ventre pedibusque lutescentibus.

XI.

XI. Lvscinia, quæ Mvscicapa Ex Fvsco Et Albo Varia, *Sloane* p. 309. t. 265. The small black and white Bird, *Raj.* p. 186. **Schwartz- und weißbunte Grasmücke.** De Luscinia *lituris nigris* varia, **schwartz-streiffige Nachtigall** apud Damulos, tractus malabarici & Coromantel vid. III Contin. **des Berichts der Dänschen** Mission p. 121. Fam. IV. Gen. VII. Tr. I.

Rostrum superne nigrum, inferne albidum; dorso nigricante ex albo lineato; ventre albo, nigro imbuto; pedibus nigris, unguibus luteis.

XII. Lvscinia Alis Variegatis; Ficedula variegata albo-nigra; an Ficedula tertia *Aldrov.* an motacilla nigricans, superciliis albis, macula alarum alba, gula flavescente, *Linn?* The Cold Finch, mas & fœmina, *Edvvardi* p. 30. **Schwartze Grasmücke mit bunten Flügeln.**

Mas in capite nigro ad radicem rostri alba macula; a mandibula infera tota albus; alis & cauda ex nigro, fusco & albo variis; fœminam vide apud autorem.

XIII. Lvscinia Pvllo-Lvtea. Muscicapa ex fusco & luteo varia. The small yellow and brown Bird. *Sloane* t. 265. *Raj.* p. 86. Japacani, *Marggr. Will.* **Gelb-braune Grasmücke.**

Capite dorsoque ex helvo nigricantibus; alis & cauda sub-aquilinis, extremitatibus albis; uropygio & lateribus superi colli luteis; pectore ex luteo & fusco maculato; ventre albo.

XIV. Lvscinia, Mvscicapa Pallide Fvsca, *Raj. Sloane* p. 310; longa 5'' murini coloris; **Lichtbraune Grasmücke.**

XV. Lvscinia Ex Caervleo Et Rvbro Varia; the red belly'd blue Bird; *Edvvard* p. 22. **Blaurohte Grasmücke.** Rectrices nigro infectæ; uropygium rosei coloris; pectore rubro; cætera cærulea.

XVI. Lvscinia Diversicolor; Muscicapa e cæruleo, cinereo, fusco & luteo varia. *Raj. Sloane* p. 310. **Gelb-braun-und blaue Grasmücke.** Arlequin.

XVII. Lvscinia Bengalensis; lateribus capitis, infera corporis parte & uropygio flavis, dorso & cauda viridibus; alis nigris; duabus lineis maculatis albis transversalibus, quatuor lineis longitudinalibus continuis, nigris, variegatis. The green indian Fly Catcher, *Edvvardi* II. p. 79.

Fam. IV. Gen. VII. Tr. II.

§. XXXIV.

TRIBVS II.

TROCHLODYTES. Regulus, **Zaun-König.** Minima avis europæa, a trocho Trochylus; quod brevi trochoformi corpore est.

I. TROCHLODYTES *simpliciter;* Passer Trochlodytes, *Aldrov. Bell. Turneri; VVill.* Regulus the common Wren, *Albin* I. 53. **Winter-König; Schnee-König; Zaun-Schlipflein; Meise-König; Nessel-König.** *Schvvenk. Frisch.* **Dornkönig. Schupkönig.** Motacilla grisea, alis nigro cæruleoque undulatis, *Linn.*

Dicitur in caudam Aquilæ irrepere & cum ipsa extolli ad solem. Castanei coloris, Passeris nigredine marmorata; ad rectrices extremas & in cauda ex albido maculata.

II. TROCHYLVS CAPITE LAEVI. Regulus non cristatus, *Aldr. VVill.* Motacilla cinereo-virescens, subtus flavescens, superciliis luteis, *Linn.* **Sommerkönig. Tyranchen.**

Proprie Regulus; **Zaun-König;** parumper magnitudine sequentem superans, quæ minima est; minor Passere Trochlodyta. Præter alas & caudam in supero corpore ex fusco & cinereo virideſcit; inferne viridis; a rostro flavicans linea oculos percurrit eosque superat.

III. TROCHYLVS, *Arist.* & *Plin.* Regulus cristatus, *Aldrov.* Fior Ramio i. e. Flos Calendulæ, a colore cristæ, *VVill.* The crested Wren, *Albin* I. 53. Motacilla remigibus secundariis exteriore margine flavis, medio nigris, *Linn.* **Gekröntes Königchen. Sommer-Zaun-König,** *Frisch.* **Ochsen-Aeuglein; Gold-Hänlein; Streuslein.** *Schvvenk.* Regulus cristatus; le Roitelet hupé, *Catesby* app. p. 13.

Catesby: „En hyver, quand il fait Soleil, ils ont coutûme de s'assembler avec d'autres Grimperaux, & particulierement le *Certhia*, le *Sitta &c.* montant & descendant sur l'ecorce de plus hauts chênes - desquels ils recueillent - des insectes logez dans leurs *dormitoires d'hyver, & dans un état engourdi.*„ Alæ nigricant ex albo & viridi variegatæ. De hac ave eadem, quæ de Trochlodyta auditur fabula, acsi ab Aquila in altum vehatur. Trochylos II & III olim in littore Zoppottensi mortuos inveni; forte per tempestatem in freto pucensi suffocatos.

§. XXXV.

§. XXXV.

TRIBVS III.

Fam. IV. Gen. VII. Tr. III.

SYLVIA. **Brustwentzel.** Hæ aviculæ, pro ratione corporis, pectus habent productius & fornicatum, quasi laneo thorace vel strophio varii coloris indutum.

I. SYLVIA SYLVATICA. Rubecula, *Schvvenk. Frisch. Albin* I. 51. Petti rosso, *Olinæ* p. 16. Motacilla grisea, gula pectoreque fulvis, *Linn.* **Rohtkehlein; Rohtbrüstlein Waldrotelein; Rottkroplein.**

In hortis sylvisque habitat; & ædes, ubi aditus patet, frequentans muscas quærit.

II. SYLVIA RVTICILLA; Rubicellus; Rubecula domestica; Luscinia murorum, *Schvvenk.* Rubecula, sorte de Rosignol, Redstart, *Albin* I. 50. Rubecula gula nigra, *Frisch.* Motacilla gula nigra, abdomine rufo, capite dorsoque cano, *Linn.* Codi rosse maggiore e minore, *Olinæ p.* 47. American Redstart, *Edvvard II.* p. 80.

Sub gula nigra pectus, caudaque rutilans; alba macula in capite; nidulatur in foraminibus murorum, & sub tignis. In Prussia **Saulocker** i. e. congregatrix porcellorum, propter popysmata, quæ, tempore quo pullos plumantes habet, edit ad sonitum quo rustici utuntur pro convocandis porcellis ad Labrum. Huc trahenda ruticilla americana, the Redstart, le Rosignol de murailles de l'Amerique, *Catesby* p. 61. nostrati valde similis, & varietates. *Edvvardi.*

III. SYLVIA GVLA CAERVLEA. **Blau Kehlein.**

1. PECTORE RVBRO, **mit rohter Brust, Blau-Vogel.** Rubicilla major, saxatilis; Rubecula saxatilis; Merula solitaria cærulea, *Schvvenk.* Petrocossutus, *Bellon.* Cæruleus, *Plin.* Passer solitarius *Aldrov.*

Capite, gula, collo & cervice cyaneis. Dorsum nigricat; alæ superne fuscæ, inferne & in ventre caudaque aurantii coloris.

2. THORACE EX ALBO VARIEGATA. Phœnicorus, *Frisch.* **mit weisgefleektem Brustlatz.** Capite, collo & alis pulla, a thorace versus ventrem fimbria serrata.

3. RVBECVLA AMERICANA CAERVLEA. The blue bird, *Catesby* p. 47; ventre rubro; **mit rohtem Unterleib, sonst blau.**

4. GVLA PLVMBEA. The hodge Sparrow *Albin* III. 59. **Bleykehlein mit gelbgefleckten Augen.** Macula sub oculis transversali lutea; in thorace versus ventrem color plumbeus evanescit lente; collum, dorsum caudaque fuscæ; rostrum nigrum; pedibus luteis.

Fam. IV. Gen. VII. Tr. III.

IV. Sylvia Gvla Grisea, Thorace Longa, Cavda Tota Rvbra. **Graukehlein mit rohtem Schwantz und langem Brustlatz.** *Frisch.*

V. Sylvia Gvla Grisea Fimbriata; **Graukehlein schwartz verbrehmt, mit halb roht-halb schwartzem Schwantz.** *Frisch.*

VI. Sylvia, Pectore Nigro. Motacilla pectore nigro, *Linn.* Balterina ò sia Crutettola, *Olinæ* p. 43. Motacilla alba, κελλυρὸρ; Cnipologus, *Arist.* Albicilla cauda tremula; **Kloster-Fräulein; Weis- und schwartze Bachstelze; Oveckstertze,** *Schvvenkf.* Water Wag Tail, *Albin* I. 49.

VII. Sylvia Flava; Motacilla minor, flava; Florus *Nonn.* Boarula *Arist.* **Kuhstelze,** quod ad pecora in campis propius accedat, *Schvvenk.* Motacilla pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus exterioribus dimidiato oblique albis, *Linn.* The Cock and Hen yellow Water Wag-Taile, *Albin* II. 58.

VIII. Sylvia Lvtea Capite Nigro. Culicilega flava; Muscipeta II. **Gelber Sticherling;** *Schvvenk.* **Gelbes schwartz Kehlein mit schwartzem Kopff (halb weissem Halse, gelbem Unterleib, und bunten Flügeln) Gelbbrustige und weiskehlige Stein-Fletsche; Gelbbrustiger Fliegen-Vogel mit oberhalb weissem Schwantz.** *Frisch.* Rubetra, Stone Chatter, *Albin* II. 57. Motacilla nigricans, superciliis albis, macula alarum alba, gula flavescente, *Linn.*

IX. Sylvia Bvccis Nigris. Oenanthe seu Vitiflora, *Will.* Wheat Ear, coul-blanc, mas, *Albin* I. 55, fœmina *Albin* III. 54. **Schwartzrückige Grasmücke.** *Frisch;* **Weis-Kehlein mit schwartzen Backen.** Motacilla dorso cano, fronte alba oculorum regionibus nigris, *Linn.* Qua picturam hirundinem variam vel etiam littoralem mentitur; & ad Sylviam gula alba pertinet, vid. infra No. XXVII.

X. Sylvia Thorace Argentata; **Fleckkehlein mit silberstückenen Brust-Latz. Rohtschwäntzlein mit roht gesprengter Brust;** *Frisch. Ejusd.* **Rohtschwäntzlein, mit einer schwartzen Mittel-Feder;** varietas.

XI. Sylvia Petrarvm. Petronella; πετροφιλορ; Saxicola; an Staparola *Aldr? Schvvenkf.* Curruca major altera *Frisch* t. 22. **Steinfletsche, Stein-Patscher,** vid. No. XIX. Gula alba, buccis pullis, thorace rubente, fusco capite dorsoque maculatis; alis variegatis; cauda brevi. Habitat inter saxa in desertis locis.

XII.

XII. Sylvia Pestilentialis; Grisola *Aldrov.* an Oenanthe III *Willughb?* Muscipeta IV. *Ruysch* p. 87. & *Jonston* p. 122. **Todten-Pestilentz-Vogel; Nossel-Fincke,** *Schvvenk.* **Braunfahle Grasmücke mit weislich gesäumten Federn,** *Frisch.* Creditur, quod frequentius in hortis vagetur, imminente peste. Fam. IV. Gen. VII. Tr. III.

XIII. Sylvia Rectricibvs Alarvm Macvla Alba. Prunella *Johnston.* tab. 36. **Braunelchen; brauner Fliegen-Schnepper mit einem weissem Flügel-Flecken;** Curruca fusca, alba macula in alis, *Frisch.* An, Motacilla testacea, subtus cinerea, pileo obscuro? an, Motacilla supra cinerea, infra alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiata, alba, *Linnæi?* an vero harum alterutra sit Sylvia XIV?

XIV. Sylvia Atricapilla; Μελανοκεφαλος, *Arist.* Atricapilla, Ficedula *Bellon. Schvvenk.* Ex Currucarum genere; supina pars tota cinerea, seu fusca, canora. **Mönch; Schwartzkopff; Gras-Spatz.** Capinera *Olinæ* p. 9; vid. The Bengal Redstart *Albin* III. 56. **Mönch mit der schwartzen Platte;** Curruca atricapilla, *Frisch.*

XV. Sylvia Vertice Svbrvbro; **Mönch mit röhtlicher Platte** *Frisch.* **Cardinalchen.**

Albinus II. 59 duos Regulos non cristatos exhibet, qui Ficedulæ sunt, non Reguli, horum corpora brevissima trochiformia sunt.

XVI. Sylvia Gvla Phoenicea; **Scharlatkehlein;** Rubecula viridis elegantissima; the green Sparrow, green Humming Bird, *Raj. Sloane* t. 263.

Longa 4 Unc., capite satis magno, ducta corporis proportione; rostro recto, mandibula inferiore rubra, superiore fusco colore mixta; vertex dorsum alæque virides; gulæ macula phœnicea per diametrum circiter dimidiæ unciæ; venter ex luteo albet; thorax virideſcit; pedes e rubro nigricant; plumis holosericis, mollibus.

XVII. Sylvia Versicolor, **Buntwentzel.** Avicula americana variis coloribus picta, *Seba* II. p. 5. t. 3. n. 3.

Capite ruberrimo; sub oculis plumæ albæ & cæruleæ; gutture, pectore, & ventre super citrino colore croco infectis; ad cervicem cærulea; dorsum cyaneo terreoque undulatim pictum, albumque & luteum; pedibus brevibus, unguibus satis longis.

XVIII. Sylvia, Avicvla Americana Altera *Sebæ* II. t. 3. n. 4. **Weis-Schnabel.** Capite coracini coloris, rostro albo, thorace & ventre cyaneo splendente; dorso vivide psittaceo, alæ herbaceæ.

XIX.

Fam. IV. Gen. VII. Tr. III.

XIX. Sylvia Versicolor, *Sebæ* II. p. 8. t. 7. n. 2. **Kurtz-schwantz. Amboinischer Steinpatzscher.**

Canora; toto corpore ex rubro, viridi, luteo, purpureo aliisque coloribus mixtis pulcherrima avis.

XX. Sylvia Rvbra, Rostro Longiori; **rohter Wentzel mit schwartzer Haube;** Avicula de Tatac ex nova Hispania, Passeris magnitudine, rostro longiore. *Sebæ* II. p. 74. t. 70. n. 8. Capite parvo, vertice nigro; cætera rubra.

XXI. Sylvia Thorace Rvbro, Svpero Corpore Et Cavda Caervleis. **Wentzel mit rohtem Camisol.** The blue Red-Breast, *Edw.* I. p. 24. A rostro trans medium caput per totum dorsum ad exitum usque caudæ cyanea; primariæ rectrices pullæ, ad medietatem.

XXII. Sylvia Viridis, Capite Nigro; the green black-Cap Fly Catcher, *Edward* p. 25. (for shape of Body is like a Robin Red-Breast) duabus rectricibus ad exitum nigricantibus.

XXIII. Sylvia Viridis, Capite Cyaneo; **grüner Wentzel mit blauen Kopff.** The blue-headed green Fly-Catcher *Edw.* p. 25. Tectrices cyaneæ sunt, prior rectrix penna fusca.

XXIV. Sylvia s. Rvticilla Gvttvre Albo, Zona Caervlea Fimbriato. The blue Throat Red-Start, *Edw.* I. p. 28.

XXV. Sylvia s. Rvticilla Corpore Griseo, Gvttvre Nigro. **Schwartz-Kehlig grauer Roht-Schwantz;** The grey Red-Start, *Edvv.* I. p. 29.

XXVI. Sylvia s. Nigricilla, Gvttvre Nigro, Nigrisqve Alis, Corpore Aervginoso. **Schwartzkehliger Schwartz-Schwantz.** The red-or russet-colour'd Wheat Ear, *Edvv.* p. 31. Fœmina non nisi ovali macula nigra amplaque notata; in qua oculi.

XXVII. Sylvia Inferne Ex Albo Cinerea, Svperne Ex Terreo Colore Cinerascens, Genis Albis; Alis Fvsco Et Albo Variis, Rostro Pedibvsqve Nigricantibvs; The lesser Mock-Bird, *Edvv.* II. p. 78.

Not. The Mock Bird *Catesbeji* Turdus est; *Edvvardi* non est Turdus, sed tota facie Sylviæ, quæ nobis **Bachsteltze**, similis.

§. XXXVI.

G E N V S VIII.

Gen. VIII.

HIRVNDO. **Schwalbe;** ab *hærendo.* Rostrum habet, pro quantitate

tate capitis breve, tenue, quasi membranaceum, ad radicem latum, compressum, mox in apicem decrescens; hinc rictum pro volumine corporis amplum, cis oculos fissum, ut insecta vel in aëre vel in terra vel super terra aut aqua vel ex parietibus ædificiorum facilius prehendere possit; merito mox post Ficedulas locanda; pedibus brevissimis, unguibus tamen ad hærendum acutis, longisque alis. Hi sunt Hirundinum characteres. Cauda distinguitur in Tribus duas. Alteri genti cauda æquabilis est, i. e. non divisa; alterius gentis mediæ pennæ in cauda brevissimæ sunt, ut cauda divisa appareat; unde quædam instrumenta opificum *caudæ Hirundinum*, **Schwalben-Schwäntze**, vocantur. Fam. IV. Gen. VIII.

§. XXXVII.

TRIBVS I. Tr. I.

HIRVNDO CAVDA AEQVABILI. **Schwalbe mit gleichlangen Schwantz-Federn.** Caprimulgus; **Hexe**, communiter. Avis nocturna anomala Cuculi colore, rictu Hirundinis apodis. *Catal. av. Petrop. p. 363.* Pluries & mane & vespere vagabundas necavi.

I. HIRVNDO CAPRIMVLGA. Caprimulgus *simpliciter*. Strix. **Gros-bartige Schwalbe; Hexe. Milch-Ziegensauger; Kinder-Melcker; Tag-Schläffer; Nacht-Schade; Nacht-Vogel; Pfaffe;** *Schvvenk.* p. 232. 353. Goat Sucking-Owl; or Night Jarr, *Charlet.* p. 8. Hirundo cauda integra, ore setis ciliato, *Linn.* Leleck *Russis.*

Magnitudine Cuculi; Nomina Strigis, Caprimulgi, Noctambuli, ex fabulis originem trahunt; vescitur insectis majoribus & minoribus; in stomacho hujus avis inveni Muscas varias, Scarabæos minores, & sex majores Stercorarios nigros. A Dom. *Linnæo* Fauna Suec. optime descripta. Caprimulgus *Carolinienſis Catesbeji* nostratem bene repræsentat; autor addit: Avant la pluye l'air en est rempli, c'est alors qu'ils gueent, & qu'ils poursuivent les Mouches & les Escarbots &c. Differentia inter ambas hæc est, quod illa, Carolinienſis, ad collum alasque luteo colore maculata, quod super rectricibus alarum brevioribus ampla macula alba, caudaque paulo longior europæa. *Edvvardus* II. p. 63 aliam repræsentat: The *Whip Poor-VVill*, or lesser Gout-Sucker; quod nomen suum pronunciat a sera vespera ad primum mane, ita vocata. Conf. Caprimulgus minor americanus: The Whip-poor-Will *Catesbeji* app. p. 16.

II. HIRVNDO JAMAICENSIS, NARIBVS CONSPICILIA MENTIENTIBVS. **Brillen-Nase;** Caprimulgus seu Noctua sylvatica jamaic. minor;

Fam. IV. Gen. VIII. Tr. I. The Small-Wood-Owl, *Raj.* Noctua minor ex pallido & fusco varia; *Sloane* II. 298. t. 255.

Nihil cum Noctua huic avi commune est. Ejus character singularis, quod ipsius *nares* duos tubulos $\frac{1}{8}''$ angl. longos constituant, sive conspicilia sive telescopia parva mentientes; a rostro ad exitum caudæ $7''$; etsi longior in figura appareat.

III. Hirvndo Caprimvlgi Species, Guiraquerea, *Marggr;* a Wood-Owl or Goutsucker; a sono: Churn-Owl, *Raji.*

In sylvis Jamaicensibus, & in Anglia reperibilis; caput ejus magis depressum, quam capita Hirundinum vulgarium, & Caprimulgi nostratis, qua reliqua cum nostra convenit.

IV. Hirvndo Ambram Griseam Redolens. **Amber-Schwalbe.** Hirundo marina Batavorum. *Sebæ* I. p. 102. t. 66. n. 4.

Obortis tempestatibus *autor* plus una vice ejusmodi aves & suffocatas vivasque obtinuit, quæ in hypocaustum illatæ, ad nauseam usque ambram griseam redolebant; cauda, secundum figuram, integra; cætera ad historiam deficiunt.

§. XXXVIII.

TRIBVS II.

Tr. II. HIRVNDO CAVDA DIVISA. **Schwalbe mit getheilten Schwantz-Federn, Zir-Schwalbe.** Secundum avicularum rostris tenuibus præditarum genus. *Cat. av. Petropol.* p. 377. ibidemque vid. *Dauuricas.*

I. Hirvndo Domestica. Hirundo urbica: Hirundo II. *Schwenk. Albin* II. 56. **Haus-Giebel-Leim-Fenster-Schwalbe. Hauß-Schwalbe aussen an den Gebäuden,** *Frisch.* Rectricibus, excepto pari intimo, alba macula notatis, *Linn.*

Inferiore corpore ad rostrum usque nivea; albis pedibus lanatis. Nidum ex cœno construens, nullis admixtis paleis.

II. Hirvndo Rvstica; *Frisch.* Hirundo I. *Schwenk.* Argatylis, Martinet, *Bellon.* Spazzo camino. **Rauch-Pauren-Küchen-Schwalbe.** Hirundo dorso nigro cæruleſcente, rectricibus immaculatis, *Linn.*

Gula rubra, rubrisque maculis ad nares; gutture nigro; ventre albo; stramine nidum consolidans. Alba anno 1747 ad manus nobis. vide Albam *Act. Lit. Suec.* 1731. p. 98. Fig. 2. Fig. 2

III.

III. Hirvndo Riparia, *Schwenk. Aldrov.* torque alba, **Erd-Schwalbe,** *Frisch.* The Sand-Martin or Shore-Bird, *Will. Albin* II. 56. **Ufer-Sand-Rhein-Wasser-Schwalbe.** Hirundo minor terrei coloris. Hirundo cinerea, gula abdomineque albis, *Linn.* Fam. IV. Gen. VIII. Tr. II.

Cavitates profundas transversim in littoribus abruptis fodit; inque iis hybernat.

IV. Hirvndo Mvraria, saxatilis, sive speluncaris, *Schwenk.* Apes, Apus, *Frisch.* The Swift, *Albin* II. 55. Hirundo nigra tota, gula albicante *Linn.* **Mauer-Stein-Schwalbe. Spirschwalbe.**

Dicuntur apodes a brevissimis pedibus vel quod καχόποδης sunt ut explicat *Aristot.;* alis longissimis; nunquam considet in terra, unde se in altum elevare nequit. Hujus varietates:

1. Hirvndo Americana Tapera dicta, *Raji* p. 72. *Vene. de Oviedo. Marggr.* Herondelle de du *Tertre* II. p. 259. The Swallow: *Sloane* p. 312. *Will. Rajus* leviter se distinguere dicit Taperam à nostra Hirundine muraria. Du *Tertre* appellat avem migratoriam in insulis Caribinis. *Oviedo* eandem esse putat cum Hirundine hispanica; *plura* Parte III.

2. Hirvndo Maxima Freti Hercvlei; **Grosse Gibraltar-Schwalbe.** The greatest Martin or Swift; *Edw.* I. p. 27. Superne milvini coloris fusco mixti; gutture albo; collo a thorace maculis fuscis separato; thorace albo super terreo; pedes rostrumque nigricant; alæ 2'' longiores cauda, quam superant decussatim. This Bird so nearly resembles the Lesser-Martin call'd the Sand or Banck Martin, that the Description of the one might allmost serve for the other, save that this is as *large as a blackbird* or very near it, and that very little bigger than a Wren - Revera est Hirundo muraria, non riparia, licet colore cum hac conveniat, terram tamen frequentare nequit. *Edwardus* a consiliis est, ut probe observetur, quo tempore hæc avis in Africam migraverit, & quando redierit; quasi vero res jam sit expedita, migratoriam esse avem; cum quidem optimus autor in præfatione splendidissimi operis *omnes aves migratorias esse* contendat; plura Parte III ubi de hybernaculis avium.

V. Hirvndo Cantv Alavdam Referens. *Feuillée* III. p. 267. **Sang-Schwalbe.** Dicitur magnitudinem habere Hirundinis rusticæ, *Martinicæ* non nisi mensibus Majo, Junio & Julio apparens; unde sequitur, non esse avem ex Europa migratoriam, quod non uno eodemque tempore simul in Americam & in Galliam proficiscatur.

Fam. IV. Gen. VIII. Tr. II. VI. HIRVNDO CAVDA VEL SEXIES DIVISA. Spazzo Camino americana, fusca gula albicante. Hirundo cauda aculeata, americana. The american Swallow; L'hirondelle d'Amerique, *Catesby* append. p. 8.

Extremitatibus pennarum caudæ acutis, ad latera deplumatis. An, Andorinha brasiliana, *Marggr.?* quærit *Catesbejus;* plura P. III; ubi de Hirundinibus.

VII. HIRVNDO SINENSIS, NIDO EDVLI; *Bontii*, *Raji* p. 72. *Wormii* p. 311. *De Vries* p. 279. Sinesische Felsen-Schwalbe.

Hæ aviculæ dicolores, Hirundinum specie, ex materia Ichthyocollæ simili, ad petras in mari juxta Coromandel nidulos construunt, magnitudine ovi gallinacei. Deferuntur tales nidi in Europam, coquis pro jusculis usitati. *De Vries* hæc refert: Men find int Konighryck Tanquin, des gelycks op de küst van Coromandel seekere soort van swarte Vogelen, so groot als eene gemeene Swaluw. Deese geneeren sigh van't Schuym der Zee, t' welk see met een taege vochtigheyd uyt hagren Snavel soodanigk weeten te tempereeren, dat'er gelyck als een lymigh hars van werd. Uyt deese Stof bouwen see seer aerdtigh haere Nesten, soo groot ontrent, als een half Ey, en weeten't seer bequaamlyck aen de Zee-Klippen te hangen - Alii aliquid venereum nidis tribuunt, alii non. Diluuntur & coquuntur in jusculis, & materies, cum sit glutinosa, furculis decerpitur, cumque voluptate quadam, ut ajunt, devoratur. Certo affirmare non possumus, an characteres *alterutrius Tribus Hirundinum* sibi vindicent hæ aviculæ, nec ne.

§. XXXIX.

Gen. IX.

GENVS IX.

PARVS. Parula. Paria, *recent.* Meise. Maise. Meißlein; Mayß. Meeßken; Aviculæ rostris brevibus, secantibus, quadantenus angulosis; mandibulis æqualibus, acutis.

I. PARVS MAJOR. Fringillago *Gazæ*, *Schwenk. Will.* Spernuzzola *Olinæ* p. 28. The Ox-Eye Titmouse, *Albin* I. 46. Parus capite nigro, temporibus albis, nucha lutea, *Linn.* Kohl-Meise; Spiegel-Brand-große Meise, *Frisch.* Adde: Parum fringillarium; the Finch-Creeper; Mesange Pinson *Catesby* p. 64.

Pedibus nigricantibus; capite corvini coloris; genis albis, cervice lutea;

lutea; dorſo viridescente; pectore ventreque luteis, nigra linea longitudinali diviſis; partim cæruleis, partim ex nigro & albo variis. Fam. IV. Gen. IX.

II. Parvs Sylvaticvs; Parus minor, atris tractibus. Parus ater; Parus carbonarius minor, *Schwenkf. Gesn. Will.* **Tannen-Meise. Wald-kleine Kohl-Meise,** *Frisch.* **Hunds-Maise.**

In ventre caret atro colore. Parus capite nigro, vertice albo, dorſo cinereo, ventre albo; *Linn.*

III. Parvs Caervlevs, *Frisch.* Meſange nonette; the blew-Head Titmouſe *Albin* I. 47. *Catesby* p. 64. **Käſemeischen;** Parus cæruleus montanus, **Blaumeislein; Meel-Pimpelmeise,** *Schwenk.* Parus remigibus cæruleſcentibus, prima margine exteriore alba, vertice cæruleo. *Linn.*

Minima inter Paros. Omnes veſcuntur ſeminibus variisque cibis, ut mures domeſtici; hi dentibus rodunt, illi eſcam paſtinando dividunt roſtro, vel aciebus roſtri, rodunt & candelas in hypocauſto. Qui ſceleta avicularum deſiderat, Paris utatur; avicula prius carne, qua maximam partem & cerebro orbata.

IV. Parvs Fvscvs, Cinerevs, Palvstris, Atricapillvs. *Schwenk. Frisch.* **Münch-Mönch-Meise; Meisen-König. Schwartzköpffiger Dornreich. Grau-Asch-Mur-Kott-Rind-Mäuslein.** Parus capite nigro, temporibus albis, dorſo cinereo. *Linn.*

V. Parvs Cvcvllo Nigro. The Hooded Titmouſe; Meſange au Capuchon noir, *Catesby* p. 60. The black Cap. *Albin* III. 56. **Schwartzgekapte Meise.**

Ex cucullo facies angularis apparet; inferne corpus luteum; ſuperne una cum alis ſordide viridescit; pedes cæruleſcunt.

VI. Parvs Cristatvs, *Schwenk.* **Hauben-Meise;** *Frisch.* **Kobel-Schopff-Straus-Haubel-Heiden-Meise.**

Criſta e nigro & albo varia; dorſum fuſcum; venter albet; gutture nigro; cum circumflexa linea ad oculos. *Conf.* Parus criſtatus, the creſted Titmouſe, *Albin* II. 57. A roſtro ſuper caput dorſumque adusque caudam purpureus; remiges terrei coloris; collum dimidium venterque albi, rubicundo colore infecti.

VII. Parvs Cavdatvs, *Schwenk. Will.* Parus vertice albo, cauda corpore longiore, *Linn.* fig. Tab. I. no. 243. Parus nidum ſuſpendens; roſtellum breviusculum, fuſcum, acutum, & rotundum. **Langgeschwäntzte Meise; Zahl-Meise. Pfannen-Stieglitz.** *Frisch.*

Fam. IV. Gen. IX. Capite, pectore & ventre albis; dorso caudaque ex fusco nigris; sub cauda pennæ albæ, alis ex nigro alboque variis.

VIII. Parvs Barba Nigra Vtrinqve Ab Ocvlis Dependente. Passer barbatus indicus, moineau d'Inde; le Moustache, *Frisch.* The Beard-manica, or bearded Titmouse, *Albin* I. no. 48. **Spitzbartiger Langschwantz.**

Capite cinereo; rostro luteo; dorso caudaque ex fusco rubentibus; tectrices alarum albo & atro colore fimbriatæ; sub oculis dependent plumæ acuminatæ, ad instar barbæ in conum inversum accommodatæ.

IX. Parvs Cavdatvs Capite Vario; The long tail'd Titmouse, *Albin* II. 57. **Buntköpffige Schwantz-Meise.**

Avicula, cucullo quasi nocturno, fimbria argentea decorato. Dorsum rubescit, maculis duabus nigris; tres remiges extremæ nigricant, angustis albis lineis transversalibus variæ; pectore albo-cinereo, macula unica ovali nigra. Cauda superne nigra, inferne alba.

X. Parvs Lithvanicvs, Nidvm Svspendens. Remiz' *polon. Rzaczynski* I. 294. **Vollhynische Beutel-Meise.**

Ex cinereo leviter fuscus; nidos variæ figuræ ex pappis florum constructos suspendit; habitant Volhyniæ, Sendomiriæ variisque in locis Lithuaniæ; Rostrum est conicum cæruleſcens. In armario *Societ. Gedan.*

XI. Parvs Lvtevs Caroliniensis; The yellow Titmouse; Mesange jeaune. **Gelbe Meise.** Capite, pectore & ventre citrinis; dorso virideſcente, cauda ex fusco & luteo varia.

XII. Parvs Cristatvs, Pectore Rvbro. The crested Titmouse; mesange huppée, *Catesby* p. 57. (vid. No. VI.) **rohtbrüstige Kobel-Meise.**

Rostro nigro ad radicem crinis ciliato; corpus superum cinereum, inferne album, rutilans, sub alis intense rubens; pedibus plumbeis; cristam attollit in formam trochi.

XIII. Parvs Avro-Capillvs; corpore nigro; dorso purpura infecto, cauda brevi; the golden headed black Titmouse, *Edvvard* I. p. 21. **Rohtköpffiger Dornreich.**

Non satis comprehendo, unde autor hanc aviculam in Ispidam (Kingfisher) vertere satagat; Sustinet habere digitos Ispidæ digitis simillimos (the Toes as in King-Fishers, with small Claws) cum tamen nullibi digitos Ispidæ vel descripserit, vel recte pinxerit; In hac avicula pedes digitosque non aliter quam Parorum pedes constructos cernere licet. Capite integro ultra cervicem aureo; cætera nigra; in dorso purpurascit; plumæ

plumæ in cruribus rubent; rostro albo, brevi, parumper in mandibula superiori falcato; pedibus fuscis; vid. duos Paros parvulos, *Albin* III. 57. Fam. IV. Gen. IX.

XIV. Parvs Americanvs, Gvttvre Lvteo; the yellow throaded Creeper; à la gorge jaune; *Catesby* p. 62. **Gelbkehlige Meise.**

Rostro nigro, ad radicem flavo, unde linea secalis nigerrima in pectus ducitur; corpore cinereo & punctato; alæ tribus lineis transversalibus albis.

XV. Parvs Facie Pici; Sitta capite nigro, & altera capite fusco. The Nuthatch, and the small Nuthatch; *Catesby* p. 22. Picus subcæruleus, Sitta *Aldrov.* Sitta seu Picus cinereus, *Albin* II. 28. **Spechtartige Meise; blau Specht;** *Schvvenk. Frisch.* omnes sunt varietates.

Quod hæ aviculæ in arbores scandunt, adnumerantur *Picis;* cum & Certhia male ad Picos trahatur. Omnes Pici digitos habent duos antrorsum, totidem retrorsum. Sitta & Certhia tribus digitis anticis & uno postico instructi neutiquam Pici sunt, quod arboribus ramisque inhærent. Sitta, **Blau-Specht,** maximus Parus est; cum nec linguam Picis communem habet. Dn. *Zorn* hanc optime descripsit II. p. 274: **Die Füsse sind nicht lang = haben forn 3, nach hinten aber nur eine Zee, und also keine Specht Füsse, doch sind sie mit krummen und spitzen Klauen wohl versehen. Seine Zunge ist auch keine Specht Zunge = sondern gestaltet, wie der Meisen, und anderer kleinen Vögel Zungen; und vorher** p. ead. **Der Schwantz selbst ist gar kurtz, und nicht zugespitzet, wie der grösseren Spechte.**

§. XL.

GENVS X.

G. X.

PASSER. **Sperling.** Passeres sunt aviculæ Familiæ IV, rostris trochiformibus, aciebus exquisite secantibus & fortiter acutis. Cito ex ampla radice decrescunt in acutum; vertex elatus præ reliquis aviculis. vid. aves minores crassis, & validis rostris; *Catal. av. petropol.* p. 388 sqq. Genus gentem suam distinguit Tribubus Quinque.

§. XLI.

TRIBVS I.

Tr. I.

PASSER VVLGARIS. **Gemeiner = Hauß = Speicher = Korn = Sperling.**

I. Pas-

Fam. IV. Gen. X. Tr. I.

I. PASSER DOMESTICVS, *Aldr. Schwenk. Will. Frisch.* The House Sparrow *Albin* I. 62. Passera nostrale, *Olina* p. 42. **Speicher-Dieb; Korn-Werffer; Spatz.** Fringilla remigibus rectricibusque fuscis, gula nigra; temporibus ferrugineis. *Linn.*

Schwenkfeldius Passerem a patiendo derivat, quod caducum morbum patiatur; avis fur notissimus; nonnunquam vel speciem innocentiæ præ se ferens, albos gignit pullos; altitudo rostri $3\frac{1}{2}'''$ longitudo $4\frac{1}{4}'''$.

II. PASSER ARBOREVS, montanus ferus; Passer sylvestris, *Schvvenk. Frisch.* Passera mattugia, *Olinæ* p. 46. **Baum-Sperling; Gersten-Feld-Dieb, Wald-Weiden-Sperling.**

Albini III. 24. Hamburg Tree-Creeper, est varietas Passeris arborei nostratis, magis variegati; proximius ad illum accedit *ejusdem* Red-Head Sparrow III. 65. Apud *Olinam* reperitur: Passera montanina o montanara, *p. 48*, magnitudine Passeris domestici, quem distinguit a Passere vulgari & arboreo, di Passera domestica, e campagnuola ò si silvatica. Arboreus non audet se immiscere domesticorum gregi; minor est; nidulatur in arboribus cavis; altitudo ejus rostri $2\frac{3}{4}'''$, longitudo $3\frac{3}{4}'''$.

III. PASSER CANARIVS; avis Canaria; Luteola canaria; avicula Sacharina, *Schvvenk. Will.* Il Canario o Passera di Canaria, *Olinæ.* Serin de Canarie, *Frisch.* Canary Bird. *Albin* I. 65.

In Europam ex insulis Canariensibus iutroductæ aviculæ; in caveis nidulantur. Coloribus variant; quædam coronatæ, plumis in capite ita dispositis; qualem ipse habeo. Et Carduelcs cum Canaria coëunt, pullosque edunt; hi nunquam genus adulteratum multiplicant, prout nec Muli, neque Burdones, nec Hinni vel Ginni pariunt. Observatum, ait *Gesnerus*, e duobus diversis generibus tertii generis fieri - coeunt animalia etiam, quorum genus diversum quidem, sed natura non multum distat, si modo par magnitudo sit & tempora æquent gravitatis &c. tit. de *Mulo* p. 703. Sic *Carduelis* & *Canarius* summo quidem genere inter se conveniunt, non eadem gente aut tribu; unde est, quod tertium procreent; nec simpliciter cum *Frischio* asseveramus: animalia inter se diversa, quod coeunt fœtumque deponunt, ejusdem esse generis.

IV. PASSER BENGALENSIS; The Bengale Sparrow, *Albin* II. 52. **Gelbkopff; Bengallscher Sperling.**

Capite flavo; rostro fusco; pectore ex nigro & albo annulo squamato picto; ventre albo; alis ex albo & nigro variis; dorso nigro.

V. PASSER SINENSIS ROSTRO CAERVLEO, *Albin* II. 53. **Blau-Schnabel.**

Capite,

Capite, collo, pectore ventreque nigris; rostro & ciliis circum oculos cæruleſcentibus; magnitudine adæquans Paſſerem arboreum. Fam. IV. Gen. X. Tr. I.

VI. Passer Sinensis Ferrvginevs. The Chineſe Sparrow, *Albin.* ib. Brauner Sperling.

Ventre cinereo leviter maculato; a pectore juxta alas tribus lineis atro-niveis deſcendentibus. Parvula avis.

VII. Passer Niger, Ocvlis Rvbris, Iride Nigra; the Towhe Bird; Moineau noir aux yeux rouges; *Catesby* p. 14. Schwartzer Sperling.

Ventre integro lateritii coloris, cætera nigra; ad remiges ſextuplo lineata ex albo; ad exitum caudæ duabus lineis; Fœmina tota terrea. An, Paſſer niger, punctis croceis ornatus, *Raji* p. 187. The black Sparrow, *Sloane* p. 311? Sub mento & cauda aurantii coloris.

VIII. Passer Nivalis, Cervice Alba; the Snowbird. Moineau de neige; *Catesby* p. 36. Weis-Nacken.

IX. Passercvlvs Bicolor, Bahamensis. The Bahama Sparrow. Moineau de Bahama, *Catesby* p. 37. Grün Sperling. Roſtro, capite, collo & pectore nigris; cætera ex viridi nigra.

X. Passercvlvs Simpliciter; the little Sparrow, petit Moineau. *Catesby* p. 35. Brauner Zwerg.

XI. Passer Pratorvm; *Alauda* pratorum minor, roſtro breviore, *Sloane* p. 306. t. 259. Erd-Wieſen-Sperling.

Roſtrum habet breve, craſſum, acuminatum, *Raj.* p. 188. Ergo non eſt Alauda.

XII. Passer Caervleo-Fvscvs, *Raji* p. 157. *Sloane* p. 311. t. 257. The Banano Bird. Blaubunter Sperling.

Circiter 5″ longus; roſtro 4‴; dorſo cæruleo; pectore cyaneo; plumæ ventris in extremitate flaventes; alæ caudaque ex nigro-cæruleo in viridem abeunt colorem.

XIII. Passer Serino Affinis, e cinereo, luteo & fuſco varius, *Raj.* A ſmall black and orange coloured Bird, *Sloane* p. 312. Canarie Baſtard.

Longus 4″; roſtrum 3‴; capite colloque nigris; dorſo flaveſcente; alis caudaque ex nigro fuſcis; pectore & tectricibus alarum flaventibus; ventre albo; pedibus nigris; formicas ſectatur; cujus varietas Serino affinis e cinereo, luteo & fuſco varia, *Raji. Sloane* 311; conf. the Indian Green-Finch, *Edwardi* II. 84.

Fam. IV. Gen. X. Tr. I. XIV. Passer Cristatvs, rostro rubro. Avis Picititli *brasil.* minima, cristata, *Sebæ* I. p. 95. t. 59. n. 4. **Gehaupter Roht-Schnabel.** Crista lutea; rostro pedibusque rubris; cætera purpurea.

XV. Passer Africanvs Eximivs; Insulæ Sti Eustachii, *Seba* II. p. 67. t. 65. n. 6. **Großer Africaner.**

Capite luteo, rostro rubro; sub oculis macula cærulea; collo dorsoque luteis; pectore aurantio; alis, cauda cruribusque rubro colore infectis.

XVI. Passer In Occipite Cristatvs, Crista Plvmacea Dependente. Coquantototl, Avicula cristata forma Passeris; *Seba* II. p. 74. t. 70. n. 7. **Straus-Sperling.**

Rostro passerino, brevi, luteo; supra oculos habet maculam albam, pectore, ventre & tectricibus alarum flavicantibus; super remigibus maculæ rubræ parvæ.

XVII. Passer Toto Corpore Niger; Vitta alba; Avicula de Cacatototl; *Seba* II. p. 102. t. 96. n. 5. **Weiskopff.**

XVIII. Passere Vario Macvlato; the Gowry Bird, *Edwardi* I. p. 40. **Rostiger Sperling mit getiegertem Unterleib.** Inferiore ventre super nigro cæruleis albisque maculis rotundis vario. Forte fœmina est *Albini* II. 53. Passer Sinensis secundus, vid. supra No. VI.

XIX. Passer Fvscvs, Capite Nigro; mas & fœmina. The Chinese Sparrow. *Edwardi* p. 43. vide supra No. V. **Brauner Sperling mit schwartzem Kopff.**

XX. Passer Montanvs, Minimvs. The mountain Sparrow; *Albin* III. 66. **Berg-Sperling.** Rostro cinereo; capite, gutture & dorso fuscis; in cervice & sub oculis alba linea; alæ rutilant; tectrices alarum nigro fimbriatæ squamatim; cauda plumbea, albis maculis varia.

XXI. Passer Capensis. Cape Sparrow, *Albin* III. 67. **Cap-Sperling.**

Rostro luteo; capite, collo & pectore nigris; linea angusta ab initio dorsi decurrit per inferiorem corporis partem ad genua usque amplificata; alæ dorsumque rutilant.

XXII. Passer Cavda Longissima Et Mvtabili, *Edwardi* II. p. 86. The red-breasted long-Tailled Finch; vide autorem. Mirum, quod quotannis non solum colores; sed & caudam longam cum brevi permutet; forsan caudæ pennis plumatis, vel post defluvium pennarum caudæ, novisque pubentibus, cauda longa cum brevi permutata dicitur.

§. XLII.

§. XLII.

TRIBVS II.

Fam. IV. Gen. X. Tr. II.

EMBERIZA. **Ammer. Am-Em-merling.** Roſtro trochiformi, mandibula ſuperiore ad acies inæquali & compreſſa; ſuperior in aciei medio elevata; plerumque notabili ad palatum tubere avis. Bene ſaginatæ ob pinguedinem vel momento mortem ſubeunt. Aves tuberculo ſeu eminentia dura in ſuperiore roſtri mandibula donatæ; *Catal. av. Petropol.* p. 397.

I. EMBERIZA ALBA, *Gesn.* Alaudæ congener, *Aldr.* Miliaria cana, *Friſch.* Strillozzo, *Olinæ* p. 44. *Alb.* II. 50. **Grauer, groſſer Ammer. Knuſt. Knipper.**

Tubere magno ad palatum; poſticus unguis fortior anticis; coloribus Alaudæ. Ortulanus. Hortulanus maximus; roſtro nigro 5''' longo, vid. the Hortulan *Albini* III. 50, quæ varietas.

II. EMBERIZA, MILIARIA PINGVESCENS. *Friſch.* Ortolano, avis miliaria Cenchrumus, *Olinæ* p. 22. The Bunting, *Albin* II. 50. **Fett-Ammer. Ortolan.**

Olina: nel becco, gambe, & zampe roſſeggia alquanto, tirando a color di carne dilavato, il capo, collo e petto tendano al giallo e nero. In Lombardia frequentiſſima, & in epulis magnatum laudatiſſima avis.

III. EMBERIZA ſ. CIROLVS, *Aldrov.* Luteolæ primum genus *ejusd.* Zivola *Olinæ* p. 56. *Will.* p. 196. **Zirlammer**, à voce Zi Zi, quam & aliæ hujus generis pronunciant. **Fettammer** *Friſchii.*

IV. EMBERIZA VARIA; Paſſer hybernus; Avis peregrina *Gesn. Schvvenkf.* The leſſer Pied mountain Finch, *Albin* III. 7. Miliaria nivis, *Friſch;* **Schnee-Ammer, Winterling; Neu-Vogel; Geſcheckter Emmerling; Schnee-Vogel;** *Friſch.* egregias figuras hujus avis exhibet t. 6. Roſtrum altum 3''', longum 4½''';

De Vries in notis ad *Martenſii* itin. p. 230 de hac ave, quam Loviciæ vidit, hæc habet: Auf Spitzbergen giebts dergleichen eine andere Gattung, vielleicht dieſelbe, ſo gros, wie eine Maus; der Schnabel des Vogels iſt kurtz und ſpitz; Kopff und Halß gleich dick; die Beine kurtz und graulich; der Unterleib vom Kopff an ſchneeweis; der Rücken ſamt den Flügeln grau; plura Parte III. Dn. *Linnæo* act. lit. Suec. 1736. p. 107 audit: Paſſer lapponicus ſive nivalis; & *Fauna Suec.* n. 194. (Fig. Tab. I) Alauda remigibus albis; primoribus extrorſum nigris, lateralibus tribus

Fam. IV. Gen. X. Tr. II. albis, Miliaria ex albo & cano varia; **weißfleckige Ammer** *Frisch.* eadem avis, mutans colores.

V. Emberiza Flava, *Gesn.* Chloreus seu Lutea, *Arist.* Hortulanus, *Bellon.* Luteæ alterum genus, *Aldrov.* The yellow Hammer, *VVill.* Anthus seu Florus, Lagopus crocea, **Gold-Ammer; Gaal-Ammer; Gelbling; Geel-Gerst, Embritz,** *Schvvenkf.* **Aemmerling, Grünfing.** *Frisch;* altitudo rostri $2\frac{1}{2}'''$, longitudo $4'''$.

VI. Emberiza Caroliniensis; the Rice-Bird; Ortola de la Caroline, ou Oiseau de Riz, *Catesby* p. 14. **Reisammer; Carolinscher Fettammer.**

Ejus pedes altiores sunt præ reliquis suæ gentis; cervice aurea; tectrices, uropygium & dimidia cauda albicant; cætera terrei coloris.

VII. Emberiza Amboinensis, Calatti dicta; avis formosa, *Sebæ* I. p. 63. t. 38. n. 6. **Amboinscher Fettammer.**

Alaudam magnitudine nonnihil superat; canora est; vertice nigro & ex cæruleo vario; tectrices cæruleæ; rectrices ex viridi in columbinum colorem vergentes, ad latera vero in purpureum; ventre niveo; uropygio ex cæruleo viridi; cauda nigra in exitu cinerea.

VIII. Emberiza Mexicana, Magnitvdine Passeris, *Sebæ* I. p. 94. t. 59. n. 3. **Mexicanscher Purpur-Ammer.**

Præter alas latericias ex nigro varias, reliquum corpus purpureum; juxta oculos & in gutture circa rostrum nigras crinulas habens; sub alis & supra caudam flavescens. Docilis avis vocem humanam imitans.

IX. Emberiza Flava Mexicana. The yellow Headed Linnet. Lutea mexicana, *Edvvard* p. 44. **Mexicanscher Gold-Ammer.**

Rostrum carnei coloris, capite gulaque luteis; supera corporis parte fusca.

X. Emberiza Capite Nigro, Lvteis Macvlis Vario. The greater Bramling, *Albin* III. n. 63. **Schwartzköpffiger Gelb-Gold-Ammer.**

Cucullus niger in cervicem extenditur; rostro, pectore, dorsoque luteis; dorso nussatellino colore vario; prout & alæ caudaque. Minor, Bramling, simpliciter, *Albin* III. 64; pectus habet luteum, a rostro super caput, medium collum ad uropygium usque nigris plumis luteo colore fimbriatis squamatim.

§. XLIII.

§. XLIII.

TRIBVS III.

Fam. IV. Gen. X. Tr. III.

LINARIA. **Hänffling.** Roſtro coniformi breviſſimo; cujus acies valde ſecantes, & ſubtiliſſime acutæ; pedibus breviſſimis.

I. Linaria, *ſimpliciter;* rubra major; mitior, *Schvvenk. Friſch.* The greated Red headed Linner, *VVill. Albin* III. 72; an, Fringilla remigibus rectricibusque fuſcis, margine obſolete pallido, litura alarum albida, *Linnæi?* an Fringilla remigibus nigris, primoribus margine utroque albis, rectricibus nigris utroque margine albis, *Linn?* **Blutthänfling; Bluthrothe Bruſtling; Flacks-Finck; Kraut-Henffling;** notiſſima avis. *Albini* Red-Linner Cock III. 72 aliter picta, aliter deſcripta.

II. Linaria Fera, ſaxatilis, *Schvvenkf.* Linaria montana; the mountin-Linner *Will.* an, Fanello dell' Acquila, *Olinæ* p. 8? **Steinhenffling; der Henffling;** *Friſch.* **Grauer Henffling.**

Nullo rubori obnoxia; facie tota cæterum præcedenti ſimilis; ambæ egregie cantant; ambæ dociles ad fiſtulam; etiamſi Dn. *Zorn* in epiſt. ad D. *Bruckmannum* de avibus Germaniæ p. 13 evincere velit, non niſi unicam Linariæ ſpeciem dari. Linaria I. ſyncipite eſt & pectore rubris, potius coccineis; Linaria II. hoc colore caret; primam vero, me judice, cantilena antecellit.

III. Linaria Rvbra Minor; The leſſer Red-headed Linner, *Will.* an Fringilla remigibus rectricibusque fuſcis, margine obſolete pallido &c. *Linn?* **das Schwartzbärtchen; rohtplattiger Henffling. Zitzcherlein;** *Friſch.* **Tſchetzke,** *Pruſſis.*

Ad gulam barbula nigra; ſuper pectore & ventre rubicunda; in capite dilutiore colore rubro, quam Ima, macula ampliore; magnitudine multum inferior præcedentibus; roſtrum flavicat; non canora avis; vide the Red-Poles, *Albin* III. 75. *Nota:* primo vere 1746 talis Linaria minor & Carduelis igne electrico plus una vice illæſæ, in cavea alebantur eadem; menſe Octobri ejusd. anni ambæ una nocte ſimul mortem obierunt, ſed magis notabile, quod Linaria colorem rubrum barbamque nigram, Carduelis autem rubrum & citrinum colorem omnino perdiderint.

IV. Linaria Pectore Svblvteo; **Gelber-Qvitten Henffling;** roſtro flavicante.

V. Linaria ſ. Lvteola Nigra, *Schvvenk.* **Schwartzer Henffling,** non niſi in vertice flavicans.

Fam. IV. Gen. X. Tr. III. VI. LINARIA VIRIDIS, *Frisch.* Luteola germanica citrina; Zisela. Zeißgen, *Schvvenk.* Vercellino, *Olinæ* p. 15; an *ejusdem* Lucarino? p. 17. Citrinella, *VVill.* The Aberduvine or Sisslin, *Albin* III. 76. **Grüner schwartzplattiger Henffling; Zeißlein;** Acanthis; Spinus; liguri-nus *Gazæ.* **Zinßle, Ziesel, Zischen** notissima avis; myriades in Prussia capiuntur in areis.

VII. LINARIAE MEXICANAE; duæ aviculæ de Chichiltototl, *Sebæ* I. p. 96. t. 60. n. 7. 8. **Gelber und rohter Dickkopff; kurtzgeschwäntzte Henfflinge.**

Rostra sunt Linariæ viridis; altera capite aureo, altera vertice rubro; an mas & femina?

VIII. LINARIA CAVDA LONGA. Fringilla brasiliensis, *Sebæ* I. p. 103. t. 66. n. 5. **Langgeschwäntzter Henffling.**

Ex cinereo fusca; ad radicem rostri plumis rubris; alis carneis flavo mixtis; ex uropygio duabus pennis corpore triplum longioribus.

§. XLIV.

TRIBVS IV.

Tr. IV. COCCOTHRAVSTES. **Dickschnäbler.** Hæc gens crassissimis rostris trochiformibus utitur.

I. COCCOTHRAVSTES, *simpliciter.* Ligurius major; Cinclus, Enucleator, *Schvvenk. Frisch.* Coccothraustes vulgaris, *Gesn. Aldrov.* Frosone. *Olinæ* p. 37. Loxia linea alarum duplici alba, *Linn.* The Grosbeck or Hawfinch, *VVill. Albin.* I. 56. **Brauner Steinbeisser. Dickschnabel; Kirschleske; Kirschschneller; Klepper; Kernbeisser; Kirschfinck.**

Rostrum altitudine ad radicem $8\frac{1}{2}'''$ par. longit. $9\frac{3}{4}'''$; rostrum prægrande, durum, a lata basi in acutum mucronem desinens coni-aut infundibuliforme, cavitate intus ampla; cauda $2''$ longa; pedibus $9'''$ altis.

II. COCCOTHRAVSTES CITREA TOTA; CAPITE NIGRO; the Gamboa Grossbeck, *Albin* III. 62. **Gelber Schwartzkopff.**

Rostro pedibusque cæruleis; capite colloque corvini coloris; in pectore semilunata, cujus semilunii altera pars in dorso terminatur; cæterum citrini coloris.

III. COCCOTHRAVSTES INDICA CRISTATA, *Aldrov.* Enucleator indicus; Luscinia virginiana; Coccothraustes cristatus, *Frisch.* The Red great-Back of Virginia, *Albin* I. 57. Coccothraustes ruber; The Red-Bird;

Bird; le Cardinal; *Catesby* p. 38. **Rohte Steinbeisser; Indianscher Hauben-Finck.** The Virginian Nigthingale, *VVill.* Fam. IV. Gen. X. Tr. IV.

Seba I. p. 96. t. 60. n. 4. hanc avem appellat Psittacum cristatum rubrum, minorem ex insula Bœtinensi. Feminam vide apud *Albin* III. 61; hæc etiam canora dicitur; quod mirarer.

IV. Coccothravstes Viridis; Chloris; Linaria, Fringilla viridis, *Aldrov. VVill. Albin* I. 58. Verdone *Olinæ* p. 26. Fringilla remigibus primoribus antice luteis, tectricibus tribus lateralibus in basi luteis, *Linn.* **Grüner-gelber-Dickschnäbler; Grünling; Grün-Finck.** *Frisch.* **Hirsch-Finck, Grün-Vogel,** *Schvvenk.* **Rapffinck. Hirßvogel. Kutvogel.** Rostrum altum $5'''$, longum $6'''$; viride-luteum.

V. Coccothravstes Sangvinea; Rubicilla. Fringilla sanguinea, *Schvvenk. Frisch.* Pyrrhola *Aldrov.* Ciufolotto, *Olinæ* p. 40. A Bulfinch, Alp or Nope, *VVill.* Albicilla, *Albin* I. 59, fœmina I. 60. **Thum-Daun-Pfaffe; Bluttfinck; Gympel; Lohfinck; Rottvogel; Thum-Herr.**

Rostri altitudo 6. $3'''$, longit. $5'''$.

VI. Coccothravstes Nigra. Rubicilla minor nigra; the little black Bulfinch; petit rouge gutue-noir; mariposa nigra, hispanis; *Catesby* p. 68. **Schorsteinfeger.**

Magnitudine Passeris Canariensis; parum ad alas albicat.

VII. Coccothravstes Caervlea; The blew Gross Back; gros bec bleu, *Catesby* p. 39. **Blaue Dickschnäbler.**

Ad radicem rostri angusta linea nigra; capite & trunco cæruleo, alis & cauda fuscis in viridem colorem vergentibus; in tectricibus rubicunda linea transversali; pedibus nigris.

VIII. Coccothravstes, Alis Nigris. Avis mexicana rubra, Passeris species, *Sebæ* I. p. 101. t. 65. n. 1. **Schwartz Flügler.**

Potius Coccothraustæ species. Capite, pectore dorsoque sanguineis; remigibus & cauda nigris, rubro imbutis.

IX. Coccothravstes Pvrpvrea. The purple Grossbeack; Gros bec violet, *Catesby* p. 40. **Purpur-Klepper.**

Supra oculos, sub gula & cauda maculis rubris; cætera purpurea.

X. Coccothravstes, Phoenicori Species; Avis americana, Rubicilla, *Sebæ* p. 160. t. 102. n. 3. **Americanscher Thum-Herr.**

Rostro albo, capite nigro; ad pectus in collo maculis nigris; pectore & ventre cyaneis; alis, cauda dorsoque purpureis.

XI.

Fam. IV. Gen. X. Tr. IV. XI. COCCOTHRAVSTES, ATRICILLA; the black Bullfinch. *Albin.* III. 69. Thum-Dechant. Tota nigra; acumine remigum albo; in pectore translucentibus micis aureis.

XII. COCCOTHRAVSTES CAERVLESCENS, Oryzevora; Padda or Rice Bird, mas & femina, *Edward* p. 41. 42. Reis-Meher.

Mas dorsum habet cærulescens, squamatim variegatum, rectrices caudamque nigras; truncum inferne carneum, caput nigrum, genas albas; rostrum rubrum, validum; Ex insula Java,

XIII. COCCOTHRAVSTES CVRVIROSTRA; λοξία *Fabri, Gesn. Aldr. Will. Schwenk.* Avis crucifera, cruciata, Grünitz, Loxia, *Frisch; Albin* The Cross Bill; the Cross Beack or Shell-Apple, *Charlet* p. 77. ibi optima figura; Kreutz-Schnabel; Kreutzvogel; Krinitz.

Quasi rostri trochus in acumine cruciatim divisus; ad radicem $5\frac{2}{3}'''$ altus; & ad usque curvatas extremitates $6\frac{1}{3}'''$ longus. Plerumque coloris aurantii, flavi & citrini; sed mutat colores vel ter in anno.

§. XLV.

TRIBVS V.

Tr. V. FRINGILLA. Finck. Rostro magis conico, quam trochiformi, sive rostro trocho-conico; a radice citius decrescit in summum acumen seu conum acutum; avis vehementer cum reliquis sui generis secat; mandibulis in linea recta æqualibus & acutis.

I. FRINGILLA *simpliciter.* Vinelia avis, *Alberti.* Fringilla artubus nigris, remigibus utrinque albis, tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. *Linn.* No. 199. Tab. II. Fringello, *Olinæ* p. 31. The Chaffinch, *Will.* Pincon *Albin* I. 63. Buch-Finck.

Schwenkfeldius albæ Fringillæ meminit.

II. FRINGILLA HYBERNA; montana; Montifringilla, *Schwenk.* Fringilla alarum basi subtus flavissima, *Linn.* n. 198 t. II. The Bramlay or Bramling, *Will.* Fringuello montano, *Olinæ* p. 32. Winter-Berg-Schnee-Wald-Tannen-Finck. Quacker. Gogler. *Frisch.*

Rostro luteo; acies ejus & acumen nigricant; in capite & dorso Sturni coloribus varia; alæ subfuscæ, ex albo & luteo variegatæ; pectore rufo super obsolete luteo colore.

III. FRINGILLA SVBCANA, MACVLA LVTEA IN PECTORE, *Frisch.* Grau-

Grau-Finck. Capite cucullo nigro tecto; inferiore mandibula lutescente, superiore cærulescente. Fam. IV. Gen. X. Tr. V.

IV. Fringilla Jovis; Cardvelis, Zena, *Schwenk. Frisch.* Luteola, *Albin* I. 64. Cardello, *Olinæ* p. 10. The Goldfinch, *Will.* **Distel-Finck. Stieglitz, Rohtvogel.** Chardonneret, The Canary Goldfinch, *Albini* III. 70, varietas est Carduelis nostratis. vide *ibid.* The swallow Goldfinch; anterior ejus pars corporis nigra. *Albin.* narrat, hanc avem ab *Hirundine mare* & a *Cardueli femina* progenitam; sed fabulam refert.

V. Fringilla, Cardvelis Americana; **Gelber Distel-Finck;** The american Goldfinch, Chardonneret de l'Amerique, *Catesby* p. 43.

In fronte & circumcirca oculos nigra, alis terrei coloris. Extremitates plumarum stramineo colore fimbriatæ; cauda ex nigro flavescit; cætera flava.

VI. Fringilla Bahamensis; The Bahama Finch; Pincon de Bahama, *Catesby* p. 42.

Linea alba, in capite nigro, sub oculis; gutture nigro alba macula notato; pectore aurantio; ventre albo; dorso nigro; alis caudaque fuscis.

VII. Fringilla Tricolor; The pointed Finch; Pinco de trois couleurs; **Blaukopffiger Distel-Finck.**

Rostro griseo, capite & collo cyaneis; pectore & ventre igneis; dorso & alis superne ex flavo viridibus; remiges & cauda ex rubro purpurascunt.

VIII. Fringilla Caervlea, Linaria cærulea; The blue Linner; Linette bleuë, *Catesby* p. 45. Azul lexos, *mexicanis.* **Blauer Distel-Finck.**

Fringilla non Linaria est. Præter rectrices fuscas, tota avis ultramarini coloris.

IX. Fringilla Rvbra. Muscicapa rubra; The Summer Red-Bird; Preneur de mouches rouge; *Catesby* p. 56. **Rohter Finck.**

Magnitudine Passeris, tota rubra; oculis magnis nigris; rostro forti, secante, luteo, conico, quale est Fringillæ non Muscicapæ, sive Sylviæ; non obstante, quod & Muscis vesci dicatur. Communiter genera deperdimus, quoties ea ab esca derivamus; nec tamen licet Canem mutare in Felem vel vice versa, quod ambo & carne vescuntur & aliquando aristis assatorum vel coctorum piscium.

Fam. IV. Gen. X. Tr. V.

X. FRINGILLA, CAPITE ALBO. Pied Chaffinch, *Albin* II. 54. **Weiskopff.**

Dimidium roſtrum cæruleum & carneum; integro capite & collo niveis; dorſo ventreque violaceis; in dorſo tribus, in pectore ſex, plumis cyaneis; alis & cauda ex albo flavis.

XI. FRINGILLA CRISTATA; Xomotl dicta; *Seba* II. p. 66. t. 65. n. 5. **Straus-Finck.**

Capite & plumagine rubris; roſtro luteo inferne macula nigra, quali & juxta oculos; pectore dorſoque miniaceis; tectrices luteæ; plumæ inferiores rubicundæ; ad latera ventris quatuor plumis purpureis condecorata. Cauda tricolor, rubri purpurei & in exitu lutei coloris.

XII. FRINGILLA PECTORE CAERVLEO; the red headed green-Finch, *Edward* I p. 23. **Blaubruſtiger Finck.**

Capite rubro; pectore cæruleo; torque lutea; cætera virido-lutea.

XIII. FRINGILLA PVRPVREA. Carduelis ſinenſis capite purpureo. The China-Bull-Finch, *Albin* III. 68. **Cardinälchen.**

Ventre toto, a roſtro ad genua usque & caudam, rubra; dorſo & alis viridibus; capite & cauda ſupera purpureis.

XIV. FRINGILLA NIGRA. Fringilla mexicana nigra. The Dial Bird or Bengal Magpie, *Albin* III. 18. **Schwartzer Bengalſcher Finck.**

Capite, dorſo & rectricibus coracini coloris; roſtro parum cæruleo, pectore pedibusque ex nigro fuſcis; tectricibus ventre & cauda albis.

XV. FRINGILLA RVBRA, MINIMA. The Amaduoads Cock and Hen, *Albin* III. 77. **Rohte, kleinſte Stieglitz, Diſtel-Finck.**

Parvula avis; maris roſtrum totumque corpus rubra; ½'' ab exitu caudæ nigra; pedibus luteis; Fœminæ thorax luteus; capite, dorſo & alis fuſcis; roſtro & cauda, prout maris; pedibus luteis.

XVI. FRINGILLA FVSCA, AMERICANA. The greater Bulfinch *Edward* II. p. 85. The little brown Bulfinch *ibid.* p. 83

Gula, infero collo ad femora usque, una cum humeris alarum, ruberrimis; cætera fuſca; roſtro albicante; pedibus fuſcis.

XVII. FRINGILLA EX FVSCO ET NIGRO VARIA, AMERICANA; CAVDA SVPERBIENS. The Schomburger, *Edward* II. p. 85. Dubitat autor, utrum ſit Turdus, an vero Hortulanus? Neuter eſt, ſed *Fringilla*.

§. XLVI.

§. XLVI. Fam. IV. Gen. XI.

GENVS XI.

SCOLOPAX. Schnepfe. Rostro recto, cylindrico, producto; basi ossea ex cranio procedente, ex qua oriuntur mandibulæ corneæ substantiæ, acie obtusa, flexiles, Valsellam efformantes. Pedum digitos habet prælongos tenues, ad radendum paludes. Aves nasutæ communiter vocantur, Lang-Nasen; unde quoque est, quod a rostris Scolopaces vocentur; σκόλοπαξ, Lang-Schnabel, quod rostra palo (σκολοπος) similia visa sunt; quo sensu & ab Hebræis Scolopax *Kore* vocatur. Vermivoræ & limosugæ sunt; occultæ jacent omnes, & canibus sunt investigandæ; Linguam habent tenuissimam vermiformem.

I. Scolopax, *simplic. Arist. Aldrov.* Perdix rustica major, *Schwenk.* Gallina rustica, Gallinago *Gazæ.* The Wood Cock, *Dale*, *Will. Albin.* I. 70. An Gallinago major cinerea mas & femina, *Marsilli* V. t. 13. 14? an IIda? Scolopax, Gallinago maxima *Raji.* Numenius rostri apice lævi, capite linea utrinque nigra; rectricibus nigris, apice albis, *Linn.* Wald-Schnepffe; Pusch-Holtz-Berg-Schnepffe; Schnep-Hun.

Maxima, Perdice minor, vespere & mane juxta oras sylvarum volitat, sie ziehet längst den Wäldern, Püschen ꝛc. considens in sylvis. Rostrum $3\frac{1}{4}''$ superat; ad radicem carnei sive cornei coloris, pedetentim abiens in nigrum. Capite ex rufo cinereo; pectore ventreque griseis, nigricantibus lineis transversalibus pictis; sub rostro parum flavedinis; sub mento ex flavo albicat; oculi elati dimittunt lineam nigram versus rostrum. Vertex alæque griseo nigricantes. *Dale* p. 399: It is a Bird of passage, coming into England in Autumn, and departing again in the Spring;

If the Patridge had the Wood Cocks Thigh,

T would be the be best Bird that ever di fly.

In deliciis habetur avis.

II. Scolopax Media; Gallinago, Rusticola media; Gallinago paludana major; Gallinago minor, *Aldrov.* Scolopax minor, The Snipe or Snite, *Will. Dale*, *Albin* I. 71. Duppel-Schnepffe. An Gallinago vulgaris, minor, *Marsilli* t. 15? an IIItia?

Præcedente minor; maxima Scolopacum palustrium. Rostro $1\frac{5}{8}''$ gal. longo; ad radicem rufo, ad exitum fusco; caput antice & pone oculos super albo punctis nigris, tribusque lineis longis; pectore & ventre cinereis;

Fam. IV. Gen. XI. reis; trunco ex nigredine & flavedine ſquamatim variegato; cauda ſuperne rutilat lineis transverſalibus nigris. In Angliam cum præcedente migratoria avis, *Dale* p. 400. This Bird of paſſage being here in *Winter only*. Numenius capite lineis quatuor fuſcis, longitudinalibus, roſtri apice tuberculoſo, femoribus ſeminudis, *Linn.*

III. Scolopax, quæ Capella Coelestis, *autorum*, a voce Capram imitante: Mec, mec, mec; Dominorum ea nobilium Gallinago. Schnepffe *ſimpliciter*. Beccaſſe *venatoribus;* Himmels-Ziege; Himmels-Geis; Heer-Schnepffe.

Notiſſima & delicatiſſima. Celerrime volat, & tam alte, ut audiri quidem, non oculis attingi poſſit; deſcendens ruit ex aëre, ad inſtar exploſæ ſagittæ, in loca paludoſa.

IV. Scolopax Minima; Kleinſte Schnepffe; Haar-Schnepffe; An, the Jach Snipe or Judeock, *Albin* III. 86?

Quod plumæ longe anguſtiores ſunt plumis IIItiæ, quaſi pro crinibus habendæ, vocitatur communiter Haar-Pudel-Schnepffe.

V. Scolopax; Rvsticola *Aldrov.* Scolopace major, *Marſilli* t. 16. Barge ſeu Ægocephalus, *Bellon.* Fedon *Gesn.* The Yarwhelp or Yarwip *Dale* p. 400. Mihi non ſatis nota.

VI. Scolopax Alba; The white Wood Cock, *Albin* III. 85. Weiſſe Wald-Schnepfe.

In Anglia ſclopo necata; male picta. Guarauna *Marggr.* ſive Ruſticula aquatica braſilienſis, præter Fedoam *Gesn.* apud *VVill.* & Fedoa ſecunda ſ. Vetola *Venet;* nec non Fedoa 3tia *Will.* an Scolopaces an vero Gallinulæ aquaticæ vel etiam arquatæ ſint, determinare non poſſumus.

§. XLVII.

GENVS XII.

Gen. XII. GLAREOLA (a glarea, grober Sand) Sand-Strand-Lauffer. Quod ad littora fluviorum, ſtagnorum, & uliginoſorum locorum conſpiciuntur. Vulgo cum Scolopacibus ſ. Gallinaginibus confunduntur, & a culinaribus Schnepffen vocantur; a quibus non ſolum bonitate carnis, cum multæ ſaporem piſcium ferinum reddunt, ſed & roſtro tenui quidem & corneo, aſt multum breviore & conico, vel pyramidali, anguſto, in exitu obtuſo, ſuperiori mandibula anguloſa, diſtinguuntur; pedes præterea habent elevatos cruraque longa; digitos fortiores anticos, quam Gallinagines; poſticus brevis eſt, altius a planta poſitus, ut mucrone unguis

guis ſaltim humum attingat, ave erecta; corpus lævigatum, collum ſatis longum teresque, caput reſpectu trunci parvum. In conſpectu noſtro egregii curſores; vel per paria vel turmatim volantes, & ſive ad littora ſive in campis minus herbaceis conſidentes; nunquam otioſi, non ſe occultantes ut Gallinagines; unde & Gallinulæ appellantur: **Waſſer-Hünlein, Sandregere, Reygerlein-Sand-Mott-Hünlein.** Pediſſequæ Gallinaginum ſunt; omnes prout illæ caudam habent curtam. Multæ harum ſunt ſpecies; nominabo nonnullas, quas olim in manibus habui & depingi curavi. Fam. IV. Gen. XII.

I. Glareola I. *Schwenk.* Redshanca *Turn.* Erythropus major, *Gesn. Marſilli* t. 23. Totanus, ut nobis videtur, *Aldrov.* An Callydris *Bellon?* The Redſhank or Bol Snipe, *Will. Dale.* The Totana or Chevalier aux pieds rouges, *Albin* II. 68. **Roht-Beinlein; Roht-Füßel; Waſſer-Hunlein mit rohten Beinlein.** Ex cinereo variegata. Alia huic ſimilis pedibus ex luteo rubentibus; Gambetta, *Aldrov. Will.* quam pro Totana *Albini* habemus; vid. Pluvialem majorem *Aldr.* Glottidem *Baltneri;* Totano *Marſilli* t. 22. & the Pool Snipe *Albin* III. 87.

II. Glareola III. *Schwenk.* Gallinula aquatica IV vel Ochropus magnus *Gesn.* **Geel-Gelb-Beinlein; Schmirring; Geel-Füßel.**

III. Glareola VII. *Schwenk.* Gallinago cinerea. **Aſch-Hunlein. Aeſch-Hunlein;** ex minimis Gallinularum.

IV. Glareola IV. *Schwenk.* Tringa *Aldrov.* p. 481. Cinclus *Bell. VVill.* Gallinula aquatica VIII & Ochropus medius *Gesn.* **Grünbeinlein, Grün-Füſſel. Mattkuillis.**

V. Glareola Castanea. A vertice ad exitum caudæ 7″; alæ pauco flavo marmoratæ; ſub alis expanſis linea maculata transverſalis alba; venter caudaque inferne ex cinere albicant; pedibus e cinereo cæruleſcentibus; roſtro 1″ longo nigro, d. 16. Aug. 1746. ſclopo necata.

VI. Glareola V. *Schvvenk.* Gallinula paluſtris XII. *Gesn.* Ochropus minor, *ejusd.* Ardea arenalis. **Sandregerlein. Riegerlein,** quaſi *Motricula.*

VII. Glareola VIII. *Schvvenk.* Gallinula paluſtris, λευκόπογος ſive πύγαργος, *Gesn.* **Bunt Mott-Hünlein; geſcheckt Mot-Hünlein.**

VIII. Glareola IX. *Schvvenk.* Cenchramus; Gallinula novalis minor, Matkneltzell *Bellon.* Gallinula Erythra *Gesn. VVill.* **Mattkern. Klein Brach-Vogel.**

IX. Glareola, Gallinvla Melampvs, *Gesn. Aldr. VVill.* **Rohtknuſſel,** *Baltn.*

Fam. IV. Gen. XII. X. GLAREOLA PVGNAX; Avis pugnax, *Aldr. VVill. Gesn. Marsilli* t. 24. The Ruff, mas & femina. **Hauß-Teuffel,** *Pomeran*, **Brauß-Hahn** *Scanis* & *Suec.* **Kampf-Hänlein** *nobis.*

Mares mirum in modum inter se differunt & coloribus & collari, hoc variat uti histrionum collaria. Alter alterum elegantia, proceritate corporis, variisque modis superat, ita ut, omni licet opera sumta, inter centum & plures harum avium mares, in vice Gubernatoris Scaniæ Generos. Domini de Skytte aula Rabelof haud procul a Civitate Christiana, neutrum cum altero conferre integrum mihi fuerit, *anno 1713.* Jucundum videtur, qua ratione omnes aream parvam gramineam in vivario dimicantes occupare & retinere contendant. Noctu quiete confident, interdiu turmatim volitant, illico dimicantes ubi se in terram demittunt; inter fœminas nulla differentia est.

XI. GLAREOLA, AEGOCEPHALVS. The Godwit, or Yarwelp, *Albin* II. 70. **Gelb-Nase; Roht-Halß.** Corporis color Gallinæ est Urogalli minoris, rostro luteo, pedibusque nigris; tres anteriores remiges ex nigro & albo varii.

XII. GLAREOLA, BARKER, *Albini* II. 71. Rostrum nigrum. Collo & ventre griseæ sunt; Dorso alisque fuscis albo squamatis; remigum pennæ tres nigræ; pedes ultra genua ex cinereo flavent.

An ad Glareolas referendæ? Pluvialis flavo virescens mas & fœmina, *Marsilli* t. 27. 28. Pluvialis fusca cinerea, *Ejusd.* t. 29, 30? Pluvialis minor t. 31? Descriptiones valde sunt jejunæ; & figuræ autoris sæpius fallunt, quod a descriptionibus abludunt.

§. XLVIII.

Gen. XIII.

GENVS XIII.

RALLVS. **Rall.** Rostro ad latera quasi compresso, forti, vel unciam longo; postico digito cum medio antico in linea recta ad plantam posito, producto, omnibus longis; unguibus brevibus; cruribus longis.

I. RALLVS TERRESTRIS; Ortygometra *Aldr. Schwenkf.* Crex, *Arist.* a voce; vulgo Rex Coturnicum. The Daker Hen or Rail *Will.* Land Raill *Albin* I. 32. **Gras-Wiesen-Läuffer; Alte Knecht;** vulgo: **Wachtel-König; Schecke, Schryck.** Ορτυγομήτρα, ab ὀρτυξ & μητρα i. e. Coturnicum mater seu matrix, *Arist.* Rallus vel Grallus, forte a gradu grallatorio; an a Royale? quia est epulum regale, *Willughb.*

Com-

Communiter, ſed perperam, cum Coturnicibus confunditur, earumque rex dicitur, nihil cum Coturnice commune quid habens. Sic *Aldrovandus:* „Roſtrum quam aquaticæ minus, longe tamen quam Coturni„ces majus obtinet, & caudam perquam exiguam, ac pene nullam; cru„ra pedesque pro corporis portione longos, colore inter croceum & viri„de medio &c.„ *Bellonio* eſt Ortygometra in geniſtis degens; tota corporis ſpecie aves aquaticas, Gallinulas præcipue, refert. Crura oblonga, corpus gracile, venter albicans, cauda brevis, roſtrum longiusculum avium aquaticarum notæ ſunt, quæ omnes Ortygometræ competunt; ac proinde rectius meo judicio, aquaticis annumeratur; hæc *Bellon.* Ejus eſt varietas prima, quam noſtrates vocant **ſchwartze Caſpar; Gras-Meher;** ſecunda Ortygometra major, corpore compreſſo, mandibula inferiori ab angulo rubra, ſuperiore fuſca, plumis in dorſo, & alarum tectricibus ſuperis ex rubro fuſcis, maculis terreis variegatis; in ventre plumbea, ſub alis & juxta crura ex fuſco, terreo & albo varia, pedibus fuſcis, digitis longis. Fam. IV. Gen. XIII.

II. Rallvs Aqvaticvs, *Aldr.* Gallinula Chloropus altera, *ejusd.* forte etiam Serica *ejusd.* The Water Raill *Will.* Ortygometra aquatica, *Bellon.* aquam radens. **Schwartzer Waſſer-Treter, Waſſerlauffer.** Gallinula Chloropus, the More-Hen, *Albin* II. 72.

Coturnice major; corpore tenui, compreſſo quaſi, prout Rallus terreſtris; a ſummo roſtro ad extremos ungues 16 pollices longus, ad exitum caudæ 12″. Caput parvum; roſtrum, quale avibus pugnacibus; *Albini* II. 72. avis roſtrum habet rubrum, verſus exitum flavicans. Mihi Chloropus major & altera *Aldrovandi*, nec non Grinetta *Willughbeji* & Rallus aquaticus, the Water-Rail, *Albini* I. 77. non niſi varietates ſunt, quarum deſcriptiones vide apud autores. Inprimis ad ſtagna, in quibus nymphæ creſcunt, habitant; ſuper quarum folia prout glires currunt, imo ob celerem curſum claram aquam per intervalla tranſeunt.

III. Rallvs Cinerevs, Facie Lari; the Cloven fœted Hull, *Albin* II. 82. **Graue Rall; Aſter-Mewe.**

Roſtro nigro & obſolete luteo; inferiore mandibula cæruleſcente; oculis nigris; pedibus thalaſſinis, collo inferno, pectore & ventre albis, viridi tranſparente; ſuperum collum parvis maculis varium; alarum tectrices in ambitu albæ, quaſi ſquamatæ.

IV. Rallvs Terrestris Americanvs. The Sorée; Le Reule de l'Amerique. *Catesby* p. 70. **Braune Ralle;** adeo pingueſcunt hæ aves, ut

Fam. IV. ut Indorum e manibus effugere non valeant; æquiparantur bonitate carnis *Hortulanis*.

Gen. XIII. V. RALLVS AQVATICVS BENGALENSIS. The Bengall Water Raill, *Albin* III. 90. **Bengalsche Rall.**

Oculis albis; capite colloque nigris; alis viridibus; rectrices duæ anteriores purpureæ luteis maculis cubicis, sive quadratis. Rostro pedibusque luteis.

VI. RALLVS AQVATICVS, ROSTRO, FRONTE, PEDIBVSQVE RVBRIS; RELIQVO CORPORE CYANEO, SVB CAVDA PLVMIS ALBIS. The purple Water-Hen, *Edward* II. p. 87.

VII. RALLVS DIGITIS TRIVNCIALIBVS, CALCANIO BIVNCIALI, ACVLEIFORMI, ANOMALO. Follata excelsa. The Spur-Winged Water-Hen, *Edward* I. p. 48. **Carthagenenser.**

Supero capite, ad Gallinaginum instar vario; supra oculos curva linea alba, nigra oculos secante & per cervicem ad dorsum usque producta; collum totusque truncus inferus ad caudam usque inferam albescunt; dorso coccineo; cauda superne rubra; alæ e flavo fuscæ, terreo, coccineo & cyaneo coloribus variæ; in extremitate humerorum brevi, triangulari, osseo & flavo aculeo donatus; rostro mediocri hebetique, flavo; cera rubra & figura cordis flammea; ad latera ventris maculæ coccineæ. Pedes plumbei; digiti acutis unguibus præditi; medio tres pollices longo; antici loco ex planta procedit aculeus rectus, acutissimus duarum unciarum.

Cum hoc genere XIII conferantur *Willughbeji* & *Marsilli* Lari fissipedes sive digitis solutis.

§. XLIX.

GENVS XIV.

Gen. XIV MELLISVGA, **Honigsauger** - Guainumbi, Tominegi, the Humming-Bird, Colibri, **Colibritchen. Anas-Ananas-Vögel**, quas *Damuli*, gens malabarica, divino cultu prosequuntur; **sie behten sie an; Bericht der Dänischen** Mission. *Contin.* III. p. 121. Nomina indistincte diversis omnino aviculis imponuntur. Si nobis constamus, „Mellisugas „dicimus aviculas in toto terrarum orbe minutissimas non solum, sed „*notanter*, quæ pro volumine corpusculorum satis longa quidem, ast „recta non incurva rostriola, mandibulis æqualibus ferunt, quibus papi„lionum more rorantia mella florum in aëre pendentes sorbere dicuntur,

„raro

„raro ipſis floribus, prout apes, inſidentes.„ Aviculas mellivoras roſtro recto, Ovruſſiæ dictas; *Cat. av. Petrop.* p. 385. Linguas ea propter habent tubuloſas. Poſt tempus florilegii dicuntur lentore corripi, profundam contrahentes lethargiam in locis opacis, hinc in Antillis inſulis Renati vocantur. Verum enim vero, *Surinamæ* & in inſula *Jamaicenſi* per integrum annum non deſinunt *Florilegia*, ibique locorum harum avicularum excellens multitudo eſt. Plura Parte III. Utrum canoræ ſint, autores inter ſe non conveniunt. *Thevetus* affirmat, *Marggravius* autem & *Catesbejus* nos certiores eſſe volunt, aviculas illas non eſſe vocales, niſi (prout Paſſeres) unico vocabulo: *Screp*, *Screp*, *Screp*. *VVillughbejus* novem nobis ſpecies propinat: primam & ſecundam a radice roſtri ad exitum caudæ 2″ longam; tertiam minimam inter reliquas; nihilominus tamen quartam tertia minorem, & quæ *reliqua*. Sic omnes ejusmodi aviculas, promiſcue hactenus Guainumbi vocatas, incurvata tamen, non recta roſtra habentes *Generis XV. Tribui I* quæ Falcinellorum eſt, reſervamus, cum & majores & revera Certhiæ ſunt, **Baumkletten.** Fam. IV. Gen. XIV.

I. Mellisvga. Colvbris; mellivora avis Carolinienſis. The Humming-Bird, le Colibri. *Catesby* p. 65.

Roſtro $\frac{3}{4}$″ longo, recto; Itſtongue, *dicit autor*, being a Tube, thro' which it Sucks the Honey. Roſtrum, oculi pedesque humillimi, nigra; Capitulum & trunculus vivide viridia; guttur burrhi coloris aureis ſquamulis; ventre pallide albo; cauda æruginoſa, penna media alba; colludentes inter ſe colores verbis exprimi nequeunt.

II. Mellisvga; Thavmantias Americana, Omnivm Minima; *Sebæ* I. p. 6. t. 39. **Curaſſauer.**

Minima dicitur, ſed effigie major eſt Melliſuga Ima; ergo per textum effigies corrigenda, ibi: „Capitulum & pennas ſi demſeris, reliquum vix minimum digiti articulum excedit.„ An, Mellivora avis minima, *Sloane* p. 307. t. 264. Guainumbi 7 Species *Marggr. Will.* p. 232? The leſt Humming-Bird, *Raj.* p. 187. Secundum deſcriptionem Dn. *Sloani* ejus avicula minor eſt *Sebæ* ave. Optimam figuram *minimæ* largitur *Edwardus* in tabula itineraria, una cum ovulo; aviculæ exſiccatæ pondus 5 granorum addidit autor; cumque *Sloanii* avicula æquavit 20 gran., *Edwardi* avis omnium minima eſt.

Quomodo Indi ex plumulis Melliſugarum egregia opera componant vid. *Acoſtam* & *de Laet* Lib. V. c. 24. p. 268; Satis accuratæ deſcriptiones ejusmodi avicularum apud *Rochefortium* & du *Tertre*.

Fam. IV. Gen. XIV. III. MELLISVGA, RONCKJE dicta; avicula americana Colubritis. *Seba* I. p. 59. n. 5.

Roſtrum longum acuminatum (in figura nonnihil incurvum) nigrum & lingua prolixa bifida; cum tamen *Catesby* expreſſe aſſeveret: linguam Mellivorarum tubuloſam eſſe. Forte avicula *Sebæ* arefacta caſu linguam bifidam nacta eſt. Rurſus *minima* dicitur avis. *Friſchius* t. 24. fœminam viridis coloris, alis terreis, nec non caput coccineum maris exhibet, hancque Regulum indicum & *Paſſerem* muſcatum appellat. Vid. apud *Sebam* t. 68. duas alias aviculas, & *Merianam* t. 18. cum nidis & ovulis.

IV. MELLISVGA CRISTATA. The creſted Humming-Bird; *Edw.* I. p. 37. **Blau-Haubiger Honigſauger.**

V. MELLISVGA PECTORE RVBRO. The red-throaſted-Humming-Bird. *Edward* p. 38. **Rohtbruſtiger.**

VI. MELLISVGA ALIS FVSCIS. The green and blue Humming-Bird, *Edvvard* I. p. 32.

§. L.

Gen. XV.

GENVS XV.

FALCATOR. **Sichler. Sichel-Schnäbler.** Roſtro falciformi. Vlteriori explicatione non indiget; duas Tribus conſtituens. Primæ gentis eſt Falcinellus, qui *Certhias*, ſecundæ Arquatus, qui *Numenios*, *Meropes* & *Upupas* ducit.

§. LI.

Tr. I.

TRIBVS I.

FALCINELLVS. **Baumklette; Baum-Grylle;** roſtro tenui, producto, falciformi. Omnes aviculæ, quæ cum *Melliſugis* confundi ſolent.

I. FALCINELLVS ARBOREVS NOSTRAS; Certhia, the Creeper *VVill.* Certhius, *Turn.* κερθιος, Rarycheus, *Alberti.* Scandulaca *Gesn.* Certhius major, **der Grau-Specht,** Grimpeau griſatre, & Certhius minor, **der kleinere Grau-Specht, oder kleinſte Baum-Häcker,** *Friſch.* t. 39. The ſmall Tree Creeper, *Albin* III. 25. **Hieren-Gryll; Baum-Klette, Baum-Heeckel; Baum-Hecker; Baum-Kletterlein.**

Ambo e griſeo & albo varii; figuræ *Friſchii* placent, non appellationes. Dicuntur ova ponere viginti, quot & parum *Remiez* excludere compertum

pertum habemus, avicula immemor ſui; majorem aliquando coram me truncum arboris adſcendentem, manu prehendi. Quæ ſequuntur in Indiis habitant. Fam. IV. Gen. XV.

II. Falcinellvs Colore Passeris Hispanici; avis Nochtototl, *Seba* I. p. 69. t. 42. n. 5. **Purpur-Köpfchen.** Tr. I.

Tota facie cum noſtrate convenit. Canora dicitur, voces Luſciniæ pronuncians; cum Colubri non ſint canori; colores apud autorem.

III. Falcinellvs *mexicanus:*

1. Avicvla Hoitzillin, *Sebæ* ibid. no. 6. Canora.

2. Avicvla Cyaneo Colore Venvstissima *Seba* I. p. 102. t. 65. n. 3. **Blaue Baumklette,** cauda brevi & acuminata.

3. Avis Avricoma, nec vel apellea manu imitabilis, *Seba* I. p. 156. t. 99. n. 4. **Unbeſchreibliche Baumklette.**

4. Avis, Ani, Mexicana, Cavda Longissima; *Seba* I. p. 72. Tab. 45. n. 3. Cauda triplo cum dimidio longior, quam truncus a thorace ad caudam usque.

IV. Falcinellvs Novae Hispaniae, Cavda Bipenni Longa; Yayauhquitototl dicta; *Seba* I. p. 84. t. 51. n. 7. **Blauliche Baumklette mit zwo langen Schwantz-Federn;** juxta oculos, collum caudamque cyaneus; roſtro luteo.

V. Falcinellvs Cristatvs. Mellivora avis criſtata cum duabus pennis longis in cauda, ex nova Hiſpania; *Seba* I. p. 97. t. 61. n. 4. **Gehaupte Baumklette.**

Tota rubra avis, alis cæruleis; criſta longa, ſecundum Dn. *Sloane* t. 264 collari rubro; the largeſt Humming Bird *ib.* f. 3. Mellivora avis maxima, fœmina. An, Mellivora avis maxima, mas; the long tail'd Humming-Bird, Guainumbi 3 Species, *Marggr. Raj.* pennis duabus prælongis Manucodiatas ſeu aves paradiſi imitatur.

VI. Falcinellvs Papilio, avis Hoitzillin vocata i. e. Papilio, colore cæruleo & nigro venuſtiſſimus *Seba* I. p. 97. t. 61. n. 5. *Hernandez* p. 26. **Schmetterling.**

VII. Falcinellvs Rex Florvm, Kakopit Tſioei, avis indica orientalis. *Seba* I. p. 100. t. 63. n. 3. & II. p. 62. Tab. 62. n. 3. **Blumen-König.**

VIII. Falcinellvs Omnicolor, Zeylanicvs. *Seba* I. t. 69. p. 110. n. 5. Virore ſuffuſa elegantiſſimum omnifarii coloris tonum evibrans, auri miſtura dives. **Ceylanſche Baumklette.**

Fam. IV. Gen. XV. Tr. I. IX. Falcinellvs Phoenicevs; avis virginiana, phœnicea, de Atototl dicta. *Seba* I. p. 116. t. 73. n. 7.

X. Falcinellvs, Rvbetra; avis americana cristata. *Seba* I. p. 160. t. 105. n. 3. **Gelb-Schups.** Sub rostro luteo terreus, circum circa collum & in corpore ex ferrugineo luteus; tectrices lutescunt; rectrices caudaque turcoisinæ.

XI. Falcinellvs De Gvigvit, ex insula Cuba; *Seba* p. 96. t. 60. **Kurtz-Schwantz; Lang-Halß.** Collo, alis & cauda coracinis; capite, pectore, dorso ventreque ultramarinis; fronte e cæruleo argentata; pedibus luteis; magnitudine Luściniam non superat; collo fortiore.

XII. Falcinellvs Cyanevs; Colubri orientalis. *Seba* II. p. 20. t. 19. n. 2. **Weiskehlchen.** Gula alba, cætera cærulea; magnitudine Certhiæ nostratis.

XIII. Falcinellvs, Gvla Alisqve Nigris. **Schwartz-Kehlchen.** Cauda quoque nigra; reliqua cærulea; The blue Kreeper, *Edvvard* I. p. 21. **Blaue Klette.**

XIV. Falcinellvs Fvscvs; Ventre Albicante; valde similis nostrati. The little brown and white Creeper; Honey Thief, *Edvvard* I. p. 26. Indiæ orientalis. **Braune Baumklette mit weissem Unterleib.**

XV. Falcinellvs, Gvttvre Viridi; the long-taill'd red-humming Bird. *Edvvard* I. p. 32. **Grünkehlige Klette.**

Nigredo capitis fascia ad pectus dependente distinguit guttur viride; thorace sanguineo, ventre burrho; dorso sandaracino; tectrices gramineæ; uropygio subviridi; rectrices & ambæ caudæ pennæ longiores purpureæ.

XVI. Falcinellvs Vertice Cavdaqve Cyaneis. The long taill'd green Humming Bird; *Edvv.* I. p. 33. **Blaukappige grüne Klette.** Remigibus fuscis; cauda forcipata; pennæ longissimæ 5 pollic.

XVII. Falcinellvs Cavda 7 Vnciarvm; the long taill'd black Cap Humming Bird. *Edvv.* I. p. 34. **Schwartzplattige grüne Klette;** trunco vix 2 unciarum.

XVIII. Falcinellvs Ventre Nigricante, Cavda Brevi Aequabili. The black belly'd green Humming bird, *Edvv.* I. p. 36. mas & fœmina; alis fuscis, corpore passim livido & hyacynthino; *conf.* the long taill'd Humming Bird, and the Mango Bird. *Albin* III. n. 49.

XIX. Falcinellvs Bengalensis, dorso, cauda alisque nigris, tribus rubris maculis latis a cervice ad caudam usque; gutture, thorace & ventre

ventre albis; rostro pedibusque fuscis; the little black, white and red Indian Creeper, *Edvvard.* II. p 81. Fam. IV. Gen. XV. Tr. II.

§. LII.

TRIBVS II.

ARQVATA. **Braacher.** Ex hac tribu descendunt FALCATORES TERRESTRES.

A. NVMENIVS *simpliciter*, **Braacher; Sichler.**

I. NVMENIVS, ARQVATA *Gesn. Aldr.*! Numenius seu Arcuata, colore atro cinereo, *Marsilli* t. 17. The Curlew, *VVill.* **Teutscher Braacher; Brach-Vogel; Regen-Vogel; Wind-Wetter-Vogel.** Corlieu. *Albin* I. 79. Numenius rostro arcuato, alis nigris, maculis niveis, pedibus cærulescentibus; *Linn.*

Ab extremo rostro ad medium digitum absolvit 7 palmas. Tempestatum præsagus.

II. NVMENIVS MINOR. Phæopus altera, seu Arquata minor, *Gesn. Aldrov.* Lib. XX. cap. 21. Arquata minor nostras; a Whimbrel *Angl.* Taraniolo *Ital.* Arcuata minor, puniceo colore, pectore virescente, *Marsilli* t. 18. Numenius rostro arcuato, dorso maculis fuscis rhomboidalibus, *Linn.*

A Curlevv, be she vvhite, be she black

She carries tvvelvve pence on her back. Dale p. 399.

III. NVMENIVS ALBVS; The white Curlew. Corlieu blanc, *Catesby* p. 82. **Weisser Braacker.**

Rostro rubro, sex pollices longo; extremæ remiges quatuor virides-cunt; pedes carnei; caro crocea.

IV. NVMENIVS FVSCVS. The brown Curlew; Corlieu brun, *Catesby* p. 83. an Falconellus, *Gesn. Aldr.?* colore furvo, *Marsilli* t. 19. **Brauner Braacher.**

V. NVMENIVS RVBER. The red Curlew; Corlieu rouge, *Catesby* p. 84. Guara *Marggr.* Numenius indicus *Clusii*, *VVill.* **Rohter Braacher;** Totus ruber; præter extremitates remigum nigras.

VI. NVMENIVS NIGER; Curiaca, *Marggr.* Masarino, *Lusit. VVill. Clus.* Rostro 6 digitos longo, incurvo plane ut ensis hungaricus, coloris ex igneo fusci.

Fam. IV. Gen. XV. Tr. II.

VII. NVMENIVS ſ. FALCONELLVS PVNICEO VIRIDIS; ARDEAE SPECIE, *Marſilli* t. 20. **Grüner Braacher.**

VIII. NVMENIVS SVBAQVILVS. Falconellus *Gesn. Aldr. Marſilli* t. 19. colore furvo. **Braunrohter Braacher.**

IX. NVMENIVS HOLOSERICVS; Gallinago ſylveſtris aquatica *Besleri:* „Rara hæc avis in locis paludoſis victum quæritans, colore atro & ruſſo per totum corpus inſtar holoſerici ſplendeſcente; roſtrum oblongum, quodammodo incurvatum, crura alta & fuſca, digitos longos habet.

B. MEROPS. **Imben-Wolff. Bienen-Fraß-Heu-Vogel; Heu-Meher.** Arquata in deſertis.

X. MEROPS *ſimpliciter.* Μεροψ; Apiaſter, *Gesneri.* The Bee Eater *VVill. Albin* II. 44. *Bellon.* p. 225. *Charletonus* optimam figuram communicavit; vide *Aviar. Bareith.* vivis coloribus; luteo, furvo, ferrugineo, ultramarino albo & ſubrubro; cauda producta. *Albin.* hanc avem fœminam eſſe putat Apiaſtri bengalenſis III. 30; ſed fallitur; quod fœmina II. 44. non in Pomerania vel in Pruſſia, mas vero III. 30. non in Bengala habitare velint.

XI. MEROPS CINEREVS. Avicula de Quauhcilui dicta; cauda longa; *Seba* I. p. 50. t. 31. n. 10. **Grauer Bienen-Fraß.** Ruberrimis flavisque maculis; ex uropygio duæ rubræ longæque pennæ procedunt; pectus venterque ſulphurea rubro ſunt infecta; capite cinereo, roſtro viridi.

XII. MEROPS ALTER; **Seeſchwalm,** *Gesn.* Meropi congener, *Aldr. VVill.*

XIII. MEROPS BRASILIENSIS. Pica braſilienſis, *Sebæ* I. p. 102. t. 66. n. 1. Roſtrum longum, ſubincurvum, acuminatum, pedesque cum digitis flavi ſunt. **Rubinglantz.**

C. VPVPA. Arquata ſtercoraria. **Wiedhoff. Kohthahn.**

XIV. VPVPA *ſimpliciter.* Εποψ; Gallus lutoſus; Gallinaceus ſtercorarius, *Schwenk. Aldr. Gesn.* The Hoop, or Hoope, *VVill.* The Cock Hoope *Albin* II. 42. The Hoop or Hoope Hen, Dupe *Id.* 43. Ubique nota avis, criſta veſteque variegatis.

XV. VPVPA MANVCODIATA. Avis paradiſiaca Manucodiata, criſtata, orientalis, rariſſima, *Seba* I. 48. t. 30. n. 5. Plerumque aves cauda longa apud autores, in primis apud Sebam, prout ſupra diximus, Manucodiatæ & Paradiſiacæ vocantur. **Schwartz-Kamm.**

Ex uropygio procedunt ſuper caudam duæ furvæ pennæ; cauda mediocri, quadruplo longiores trunco avis, unde Paradiſiaca audit. In capite

pite crista ampla cum collo coracini coloris; dorso furvo; ventre cinereo; rostro pedibusque plumbeis. Fam. IV.

XVI. VPVPA MONTANA. Eremita montanus helveticus. The wood Crow from Switzerland, *Albin* III. 16. **Wald-Rapp. Stein-Rapp.** Solitaria avis, Cicadis, Pisciculis, Ranulis, & Insectis variis, prout reliquæ, vescitur. Profunde viridis est; capite luteo, passim maculis sanguineis. Crista, prout juba equina, plumis lucentibus; rostro rubro; pedibus fuscis. Gen. XV. Tr. II.

§. LIII.

GENVS XVI.

Gen. XVI

GALLINACEVS. Gallus. **Der Hahn; das Huhn.** Rostrum pro corporis ratione breve, validum, in utraque mandibula nonnihil incurvum; aciebus quidem obtusis, pasticando & vellicando tamen duella gerunt, calcaribus, sui generis, se lacerantes. Alæ breves, convexo concavæ, breves saltim volatus facientes; vel calcaribus cuspidatis vel illorum loco brevibus humilibusque tuberculis sive osseis sive ex cute duris donati. Domestici polygami; omnes grani- & phytivori. Domesticorum ordines tres, varietates plures; Sylvestrium sive ferorum quinque.

A. I. ALECTOR; Αλεκτορ, quia nos a lecto resuscitat; Gallina Αλεκτόρ:ρ. **Nachtwächter; Haußhahn mit seinen Hennen.** Gallinaceus *simpliciter;* Gallus gallinaceus, domesticus; Gallus villaticus, & Gallina, the Dunghil-Cock and Hen,

Cucurrire solet Gallus; Gallina gracillat.

Ex sua familia utriusque sexus facto hominum *castrati*, Capones, Galli semimares, Gallinæ semifœminæ, **Kapphahn, Capoun,** vocantur. Occurrunt apud *Aldrov.* cap. X. XI. XII. XIV & apud *Jonstonum* Gallinacei fabulosi, quos mittimus.

II. ALECTOR GVINEENSIS; Gallina Guinea, africana. The Guiney Hen, *Albin* II. 35. Gallus mauritanus, *Gesn. Will.* Meleagris *veterum* & *Raji* Poules pintades, *Rochef.* Pintada *Raj. mem. pour l'hist. des anim.* p. 77. **Perlhuhn.** Meleagris *Jo. Caji* rarior. p. 93.

III. ALECTOR CVRASSAVS. Mituporanga, *Marggr.* Tepetototl seu avis montana, *Nieremb.* A Quirizao or Curasso, *Sloane* II. p. 302. t. 260. Gallus indicus, *ejusd.* Gallus indicus alius *Aldr.* ejus cristam describens: „In summitate capitis cristatas & cochleatim totas habet pennas, usque ad initium colli; has erigere in cristam crispam potest. Reliquum totius

avis

Fam. IV. Gen. XVI. avis nigrum - circa anum albas obtinet pennas - Adulatio & ſocietas canum non vincit officia Tepetatotl - quæ valde domeſtica eſt. Extat apud *Marggr.* Alector *Mitu* vel *Mutu*, quem Hiſpani inter Phaſianos numerant, habens in capite pennas nigras complicatas in planiſſimam quaſi mitellam, ut vix poſſit agnoſci, quas iraſcens in criſtam erigit. Hujus eſt varietas Pauxi *Nierembergii*, Callum in fronte gerens, figura ficus, colore fere cæruleo; Gallina indica *Aldrov.* L. IV. c. 12. Hæ tres aves non niſi varietates ſunt; ſic & *Willughb.* Hæ aves non alia fere in re differunt, quam tuberculo, a Mitu *Marggr.* ita etiam ſentiunt *Sloane* all. loco & *Raj.* p. 52 & 63.

IV. Alector Brasilianvs Quan ſ. Guan *Indis*, *Edw.* p. 13. Criſtam quidem nigram habens plumoſam, verum in gutture loco palearum Alectoris noſtratis cutem ſtrumoſam quadantenus rubram, in margine pilis nigris obſitam; cæterum ex ſubfuſco - nigro - aurantio cæruleſcente, albo griſeoque colore variegatus, pedibus ex aurantio rubris; roſtro anguſto nigro. *Albini* Gallinam III. 40 pro varietate Curaſſai Alectoris habemus.

B. PAVO. Gallinaceus, Junonis. Pavus. ταὼρ, τεὼρ; a caudæ extenſione; hodie παγώνι. Avis medica, perſica; Junonia avis; the Pea Cock. Pfau. Paw.

Pupillat Pavo; trinſat Hirundo vaga.

Olim non niſi regibus, nunc & ruſticis nummatis familiaris. Varius eſt, albusque.

Angelus eſt pennis, pede Latro, voce gehennus.

Conf. Gallo pavonem *Jonſtoni* japonenſem.

C. MELEAGRIS; Pavo Gallus; Gallo - Pavo. Avis Numenia, Numidica; Gallus indicus; Gallina africana. The Turkey. Calecuter; Calecutiſch Hahn, Huhn; Indianiſch-Welſch-Hun; Kalkun; Kurre, a voce. Optimæ deſcriptiones apud *Gillium* & *Aldrov.*, *VVill. Franc. Velez* p. 70: „Sophocles entre los antiguos dixo, que el Succino era lagrimas congeladas de unas aues llamadas μελεαγριδης de los Griegos, las quales ſon un genero de Gallinas de las Indias, o moriſcas.

I. Meleagris Vvlgaris; varii coloris, *autorum.* *Albin* III. 35. Gallo Pavo ſylveſtris novæ Angliæ; a new England Wild Turckey. *Raj.*

Falſo narratur, quod Meleagrides ex Turcia primum ad nos venerint; quin potius in Turciam fuerint delatæ ex Indiis. *Dale:* The wild Turkees are now kept by a great many by our Engliſh Gentlemen, and ſeem

ſeem to do very well, where there (in Nova Anglia) are Small Woods and Copſes in Parks or other encloſed Places for them. *De Laet* Ind. Occ. de novo Belgio p. 74: Hyeme quoque hic capiuntur Gallo-Pavi præpingues & optimis carnibus, & pag. 83: In Virginia ſylveſtres Gallo-Pavi cicuribus noſtris pares; pag. 91: Gallo-Pavi ibidem notiſſimi ſunt. *Hieron. Benzon. nova novi orbis hiſtor.* lib. II. c. 16. Dieſes Land Nicaragua bringt 2 Stücke, die man ſonſt in keinem Land Indiá, ausgenommen zu Guattimala der Fonduренſiſchen Provintz und am Ende Mexici, und dem gantzen Strich des neuen Hiſpanien ſiehet oder findet; eins iſt eine Gattung der Pfauen, welche, nachdem man ſie in Europam bracht, **Indianiſche Hüner heiſſet.** *Thomas Candiſh* Itinerarius: quod in inſula Stæ Helenæ verſus *Guineam* offenderit: veel Turckſche of Calkœnſche Hœnderen, ſwarte en witte met roode Hoofden, van groote gelyck de onſe; & *Chardin* Tom. III. c. 9. p. 38: Il y a des gens, qui croyent, que cet oiſeau vient des Indes orientales, à cauſe de ſon nom de *Coq d'Inde;* mais au contraire, *il n' y en a point du tout.* Il faut, qu'il ſoit venu des *Indes occidentales;* à moins qu'on l'ait appellé Coq d'Inde, à cauſe qu'étant plus grand, que les Coqs ordinaires, il reſſemble en cecy aux Coqs des Indes, qui ſont plus grands que les Coqs ordinaires de tous les autres pays. Sic quoque *du Tertre* II. p. 266. Les Poules d'Inde ſont dans toutes les Isles (Antilles) comme dans *leur lieu naturel.*

Fam. IV. Gen. XVI.

II. Meleagris, Gallo-Pavo Cristatus; The creſted Turkey Cock; *Albin* II. 30. **Kurre mit Straus-Federn.** *Muſeo Coſpiano* I. c. 10. p. 43. Gallo d'India; - ragguardevoli ſopra i noſtrali per una gran Creſta di penne grigie ſcure, che gli orna il capo - *ibi & figura:* di certa razza di Galli d'India che oltre la commune creſta di carne tutti ne hanno un' altera di penne gialle - Pro varietate potius, quam pro ſingulari ſpecie hæc avis habenda. Hujus mentio facta in **wochentlichen Dantzger Erfahrungen** anno 1746, quales & *Amſtelodami* & *Londini* vidi. Magnitudine noſtrates adæquat, aut parum ſuperat. Sylveſtris eſt novæ Angliæ, *Dale* ſupra & *Albin* II. 30 & citiſſime domeſtica fit avis. Carnoſæ partes capitis gutturisque ex purpura rubicundæ & cæruleſcentes, prout in noſtratibus. Mares etiam a fœminis ſe diſtinguunt calcarium primordiis, & cirro ſetacco ad ingluviem. Dorſum & alarum tectrices ex fuſco profunde flaveſcunt; pectus venterque albicant; cauda albida ex flavo circinata, extremitatibus pennarum nigris; pedibus carneis; unguibus fuſcis. A noſtratibus criſta ex plumis holoſericis lucentibus

Fam. IV. Gen. XVI. volubilibusque composita distinguitur. Colores cicuratarum variant, ex commixtione cum Meleagride vulgari.

§. LVI.

D. PHASIANVS. Gallinaceus sylvestris minor, pedibus nudis; a *Phaside* Colchidis fluvio dictus. The Phasant; *Bellon. Aldrov. Gesn. Jonst. Dale; Raj.* Fasahn.

I. PHASIANVS *simpliciter*, variegatus & albus; brevibus calcaribus; notissima avis; modo & in Prussia colitur. In Bohemia magna eorum copia.

II. PHASIANVS FVSCVS BRASILIENSIS. Jacupema *Marggr. Will. Raj.* Coxolitli *Hernand;* illius varietas potius, quod non nisi colore fusco albo tincto differt; & in Insula St. Helenæ Phasiani coloribus Perdices nostras imitantur, sunt tamen majores; *Thom. Candish* p. 48.

III. PHASIANVS SANGVINEVS. The red Pheasant Cock from China, *Albin* III. 36. The plaisant Pheasant from China, *Edward* II. p. 68, cristatus; ex aurantio, citreo, coccineo, smaragdino, cyaneo, fusco, flavo & intermediis coloribus insigniter pictus; ab *Albino* erronee pictus & descriptus; feminam vide apud *Edwardum* fig. 2. p. 69.

IV. PHASIANVS SINENSIS, ALBVS, CAPITE NIGRIS PENNIS DEPENDENTIBVS. The white China Pheasant, *Albin* III. 37; ejus figura rursus parum valet, optime pictus & descriptus ab *Edwardo* II. 66. The black and white Chineese Cock Phaisant with its Hen. Oculi in aureo circulo positi; collo inferiore, per ventrem & sub cauda ex cæruleo niger; in collo & supera corporis parte caudaque tota albis squamis pictus; rostro e fusco flavescente; pedibus rubris; calcaribus acutis.

V. PHASIANVS PAVONEVS; oculatis maculis cæruleis in tectricibus alarum, viridibus in cauda; binis calcaribus ad tibias. The Pea Cock Pheasant from China; *Edward* II. p. 67. Superiore mandibula rubra.

VI. PHASIANVS FVSCVS; pennis oculatis cyaneis & obscure cæruleis in alis caudaque; varietas Vti; nisi sit fœmina ejus; *Edward* II. p. 69.

E. PERDIX, Gallinaceus campestris major. Rephuhn. Feldhuhn.

I. PERDIX CINEREA, VVLGARIS, NOSTRAS, *Aldr. Gesn. Raj.* & *aliorum.* The common Partridge, *Albin* I. 27. Gemeines Feldhuhn.

II. PERDIX DAMASCENA, *Aldrov.* minor est Ima. Damascener.

III.

III. Perdix Novae Angliae. The New England Partridge; **New-Engelländer;** *Albin* I. 28. An Perdix Brasiliana, Jambu *Pisonis? Raji.* Fam. IV. Gen. XVI.

IV. Perdix Rvfa *Aldrov.* Perdix græca. Perdrix rouge, *Gallis.* Coturnice *Italis.* Græcæ magnitudine superant gallicas; Hispanicæ & portugalenses melius pictæ. Gedani in vivariis. The red legg'd Partridge, *Albin* I. 29. Perdix barbara, Red legg'd Partridge from Barbary, *Edward* II. p. 70.

V. Perdix, Alchata seu Filacotoa *Aldrov;* quæ monspessulanis nomine Angeli venit, a plumarum pulchritudine; a small wild Pidgeon in the colour of his Feathers resembling a Partridge, frequent about Montpellier in France. *Alchata* nomen est arabicum, ubi hæc avis frequens; *Charlet.* p. 85; ibi *figura.*

Nec rostro, nec pedibus, neque cauda *Columba* vocanda. Omnibus numeris Perdix est.

VI. Perdix Virginiana. The American Partridge; La Perdrix americaine, *Catesby app.* p. 12. In capite tribus fasciis nigris ad latera, duabus sordide albis; a rostro per verticem in cervicem rubra linea lata notata. **Americaner.**

F. Cotvrnix. Gallinaceus campestris duplo minor Perdice; **Wachtel.**

I. Cotvrnix Vvlgaris, *nostras.* Quiscula; Quisquila; Qualea; Quaquila; **Qvackel;** *Schwenk. Will. Raj.* Quaglia, *Olinæ* p. 58. Quail, *Albin* I. 30.

II. Cotvrnix Capensis; The Quail from the Cape of good Hope, *Albin* I. 31. **Caap-Wachtel.**

A rostro ad latera capitis ultra oculos linea lata, flava; sub oculis & in summitate capitis cærulea; dorso super viridi ex fusco squamata; uropygio cæruleo; supera cauda alæque in nigredinem exeunt; cauda infera ex rubro maculata; an Coturnix indica *Bontii?* quam tamen coloribus cum vulgari convenire dicit autor.

Notand. Quod Ortygometra sit Rallus terrestris (supra §. XLVIII.)

§. LVII.

G. LAGOPVS; Gallinaceus pedibus villosis vel lanatis, superciliis rubris; **Wald-Holtz-Schnee-Hun. Rauch-Hasen-Fuß.**

I. Lagopvs Maximvs; Urogallus major. **Auer-Hahn; Auer-Ochse; Oh-Hahn; Berg-Fasan,** *Schwenk.* Cauda divisa. Tetraon

Fam. IV. Gen. XVI. *Plin. Gesn.* Gallus alpinus; Gallus urus; Uragen; Tetrao major, *Aldrov.* Gallo di montagna, *Venet.* Cock of the mountain or of the Wood, *Will.* The mountain Cock from Moſcovia, *Albin* II. 29 mas; n. 30 fœmina. Tetrao rectricibus exterioribus ſubbrevioribus; alarum baſi alba macula *Linn.* Apud nos & ubique in plagis Septentrionis copioſa. In *Catal. av. Petropol.* p. 372 occurrunt *Tetrao* e *Guinea*, criſtatus, capite, collo & pectore toto alarumque anterioribus remigibus viridibus, reliquo corpore nigro ſplendente - & *Tetrao* alius, vertice rufo, alarum remigibus viridibus, ſequentibus rubro colore inſignitus, reliquo corpore nigro, cæruleſcente, ſplendente.

II. Lagopvs, Vrogallvs Minor. **Birckhahn-Hun. Spielhahn. Laubhahn.** Tetraon minor; Attagen alpinus; Phaſianus montanus; Grygallus, Gallus Betularum, *Schwenk.* The Heath - Hen or Black - game or Gronſe called by Turner; the more Hen, *Will. Albin* I. n. 22. mas; II. 34 fœmina. Tetrao remigibus ſecundariis a medio baſin verſus albis, cauda bifurca, *Linn.*

III. Lagopvs Corylorvm; Gallus, Gallina corylorum, *Gesn. Aldr.* Perdix alpina; The Hazelhen, *Charlet.* Attagen; **Haſel-Haſſel-Hun; Rotthun,** *Schwenk.* Αρταγαρ *Ariſtoph.* Tetrao rectricibus cinereis, punctis nigris, faſcia lata nigra, exceptis intermediis duabus; *Linn.*

IV. Lagopvs *ſimpliciter;* Rabalino, *Rhætis.* Perdix alba, *Sabaudiæ.* Lagopus altera ſive varia, *Gesn.* **Weiſſes Haſſelhun,** in Pruſſia ad *Tilſam*, urbem, in Curlandia - Attagen nivalis, pedum plantis quoque, prout leporum plantis, villoſis, vel nivea, vel fuſcis plumis varia. Tetrao rectricibus albis; intermediis nigris, apice albis, *Linn;* differunt diverſimode noſtrates a Lapponenſibus, de quibus Parte III. The white Partridge freti Hudſonis vid. apud *Edwardum* II. p. 72 rubra membrana carnea ſuper oculis altiori præ reliquis hujus generis. Lagopi (Tetraonis rectricibus albis *Linn.*) cor *Robergius* obſervavit paulo exilius corde Lagopi ſylveſtris, ſive Attaginis; lienem vero longe exiliorem; In ventriculo erant ſummitates, neſcio quæ tomentoſæ, roſeo colore, quaſi juli mihi ignoti, ex his ſuccus purpureus exprimebatur; aderant & lapilli attriti, albi, lactei, pellucidi fere, erant & nigri coloris; inteſtinum cæcum duplex. In inteſtino tenui mira apparet e transverſo in tunicis vel vaſculorum vel velamenti bombycini configuratio; in piſce quid ſimile recordor me vidiſſe, neſcio jam quo. Rugæ per microſcopium aſpectæ non vaſa ſed plicæ membranaceæ, retinentes retardantes ea quæ in chymum ſoluta ex adſumptis ſunt. *MSCt.*

ANA-

ANATOME ROBERGII.

Fam. IV. Gen. XVI.

Fig. I. a. Inteſtinum rectum. b. inteſtinum tenue. c c. duplicis inteſtini cæci origines abruptæ.

Fig. II. d d. Vlterior progreſſus & mira longitudo, convolutio, ſtriæ, ſeu lineæ octo farciales ejusdem in Lagopo cæci reliqua univerſum inteſtina æquans vel ſuperans; e e. extremitates in cuſpidem abeuntes.

F. III. Portio inteſtini tenuis inflati e Lagopo a. b. pars inteſtini qua adhæret vaſis membranisque meſenterii c c. In hoc inteſtino mira apparet e transverſo in tunicis vel vaſculorum vel velamenti bombycini configuratio. Rugæ ſunt

F. IV per microſcopium aſpectæ, non vaſa ſed plicæ membranaceæ, retinentes retardantes ea quæ in chymum ſoluta ex aſſumptis ſunt.

F. V. Magnitudo cordis a. Magnitudo lienis b.

In ventriculo erant ſummitates neſcio quæ tomentoſæ; roſeo colore quaſi juli mihi ignoti F. VI 1. 2. 3 ex his ſuccus purpureus exprimebatur. Aderant & lapilli attriti a. albi, lactei, pellucidi fere; erant & nigri b; & verſicolores c.

(In Tetrone, ſive Urogallo majori 3 Febr. 1748 copiam ejusmodi lapillorum inter feſtucas virgultarum betulæ decorticatarum pondere - - ſuperantium.)

V. Lagopvs Altera, *Plin.* The Gor-Cock or Moor Cock, or Radgame, *Will.* The Cock-Radgame, *Albin.* I. 23. 24. Rohtes Holtz-Haſel-Hun; mas rubet, criſtam in capite gerens.

VI. Lagopvs e Fvsco Et Albo In Inferiore Corporis Parte; e Fvsco Et Nigro In Svperiore; Ad Ocvlos Dvabvs Lineis Albis Varia, freti *Hudſonis; Edward* II. 71.

VII. Lagopvs ſ. Vrogallvs Minor, Americanvs; fuſcus, in cervice plumis alas imitantibus; *Catesby* in append. p. 1. Caret circulo rubro ad oculos; pedibus luteis; ab omnibus diſtinguitur in cervice bis quinque plumis compoſitis, quarum longiſſima trium unciarum, ut alata videatur; ces petites ailes ſont attachées au cou d'une maniere, qui donne à l'oiſeau le pouvoir, de les reſerrer, ou de les étendre comme les autres - Fœmina ejusmodi plumis caret. Incerti loci ex America.

Fam. IV. Gen. XVII.

§. LVIII.

GENVS XVII.

COLVMBVS, Täuber; COLVMBA, Taube, Täubin; Περιστερὰ οἰκιδύα, Columba domestica; zahme, heimische, Schlag-Taube; νομαδικὸς, Columba fera, Wilde, Loch, Holtz, Stein-Taube. Pedes habent rubros, breves, alasque longas; vocem gemibundam. Etiamsi rostra inter se differant, tenuiora, crassiora, breviora, longiora, comparata tamen sunt in utraque mandibula prout rostra Gallinacei, quibus citissime grana quæcunque legunt. Et glandibus feræ vescuntur. Alte volantes diutissime in aëre vagantur. Monogamæ sunt; Domesticæ, Schlag-Tauben, coloribus, prout Gallinacei nostrates, variæ. *Gesn.* & *Aldrov.* multas species congregarunt; Notissimas colligere animus nobis. Feræ sunt vel Palumbi, vel Turtures, majores scil. vel minores.

I. COLVMBA RVSTICORVM, vulgaris, arvorum; Pauer-Feld-Pasteten-Taube. The common Pidgeon or Dove, Dove Housepigeon, *Dale*, *Tayler*, *Albin* III. 42. Περιστερὰ *simplic.* The common wild Dove or Pigeon, *Sloane* p. 302. They are frequent (to Jamaica) every where, and multipley in Dove Houses, as in England. *Oviedo* similes esse ait hispanicis Lib. XIV. c. 3.

II. COLVMBA GVTTVROSA. Kroppers Dowe. Kropffer. Cropper. Krepper. Ingluviem valde dilatare potest, ut erecta quandoque se pedibus sustinere nequeat; Hanc & reliquas domesticas ex *Columba* VII vel ex *Vinagine* ortas esse, ut opinatur Dn. *Linnæus*, valde dubito.

III. COLVMBA LATICAVDA, TREMVLA, PAVONIA; Bread tail'd Shaker; Pfau-Taube; quod cauda plus minus *fornicata* ad Pavonum instar superbit, collo tremulo.

IV. COLVMBA TABELLARIA; Cera magna in rostro, Pavedette; Curriers; the Horsman Pidgeon. *Albin* II. 45. Fortiter volat. Ipse ejusmodi Columbis literas concredidi ex prædio in civitatem deportandas; sed necesse est, ut columbarii civitatensis inquilina sit.

V. COLVMBA CVCVLLATA; Belgis: Capper; Anglis: Jacobine. Columba cyprica; quarum variæ subspecies, alteræ pedibus nudis, alteræ pedibus plumosis. Huc pertinent *Tympanistæ*, Trummeltauben, vid. *Albin* III. 43.

VI. COLVMBA TVRCICA. Turbita, a rostro brevi turbinato; Kreisel-Schnäbler; & quæ plures sunt domesticæ, ut Percussores,

Klatz-

Klatzschers, Gyratrices, Taumler, sive Vertagæ; Columbæ nothi, Bastards ꝛc. Fam. IV. Gen. XVII.

VII. Colvmba Torqvata. Palumbus major torquatus, ferax avis, *Aldr.* Ringel-Taube, Ploch-Taube, *Schwenk.* The Ring Dove or Queest, *Dale.* Columba collo utrinque albo, pone macula fusca, *Linn.*

Rostro parumper flavet, purpurea cute superinducto, ubi nares; colore corporis ex nigro in cæruleum multifarie pro diversitate luminis vario; major sequenti.

VIII. Colvmba Lignorvm, proprie; Palumbus simpliciter; Holtz-Taube. Columba cærulescens, collo nitido, macula duplici alarum nigricante. *Linn.*

IX. Colvmba Rvpicola; the Rock-Pigeon, *Will.* forte Columba saxatilis, *Aldrov.* Felsen-Taube.

X. Colvmba Livia, *Gesn.* The Stock Dove or Wood pigeon, *Dale; Will. Albin* II. 46 & III. 44.

XI. Colvmba Ex Insvla S. Thomae Sylvestris, *Will. Marggr.* Pennis tegitur per totum corpus viridibus, ut Psittacus; remiges fuscescunt, ut & extremitas caudæ; Crura & pedes eleganter crocea (forte aurea vel aurantia) ungues fusci.

XII. Colvmba Tvrtvr, *simplic.* A Turtle Dove. Τρυγὼν, *Will. Albin* II. 47. Palomas tortoras quelas Espanola, *Oviedo* XIV. c. 2. An turtur auritus, Eardowe, *Sloane* p. 304. t. 262. An turtur vulgaris nostras, *Raji?* Turtur auritus dicitur, quia in alterutro colli latere maculam habet nigricantem, auris figuræ quodammodo æmulam. Turtul-Taube.

XIII. Colvmba Tvrtvr Indica, *Aldrov.* L. 15. c. 9. The Turttle Dowe from India *Albin* III. 45. Lach-Taube.

XIV. Colvmba Portvgallensis; ex Turturum tribu, *Albin* II. 48.

XV. Colvmba Capite Nigro; Turtur Jamaicensis. A turtle Dowe from Jamaica, *Albin* II. 49.

XVI. Colvmbvs, Palvmbvs Caroliniensis. The Pigeon of passage. Pigeon de passage, *Catesby* p. 23. Langgeschwäntzte Holtz-Taube; Cujus elegans varietas apud *Edwardum* I. p. 15. ex America, sub tit. The long Tail'd Dowe; vid. Descript. apud *Catesbejum;* plura Parte III.

XVII. Colvmba Tvrtvr, Caroliniensis. The Turtle of Carolina. Turturelle de la Caroline, *Catesby* p. 24. Langgeschwäntzte Turtel.

XVIII.

Fam. IV. Gen. XVII.

XVIII. Colvmba Capite Albo; *Sloane* II. t. 261. The white Crown'd pigeon; Pigeon à la couronne blanche, *Catesby* p. 25. Columba minor capite albo; the Bald Pate, *Sloane* p. 303. Columba minor leucocoryphos, *Raj.* Goritas de *Oviedo* L. 4. c. 2. **Weißkopff.**

XIX. Colvmba Cavda Torqvata, ſeu faſcia notata; *Sloane* p. 302. Columba cauda faſcia fuſca notata, velut annulo cincta, *Raji.* **Ringel-Schwantz.**

XX. Colvmba Tvrtvre Nostrate Minor; Principibvs Coloribvs Svperbiens, Indiae Orientalis; The green wing'd Dove, *Edward* I. p. 14. Ithinck, it the moſt beautiful of all the Dove kinds. **Scharlat-Taube.**

XXI. Colvmba Tvrtvr Ind. Orient., alis dorſoque ex cinereo ſeriatim quaſi ſquamatis. The transverſal ſtriped, or Bared Dove; **Grau-geſchupte Turtel.**

XXII. Colvmba Sinensis, elegans; *Albin* III. 46.

XXIII. Colvmba Nincombar, Indica, Cock and Hen; *Albin* III. 47. 48.

XXIV. Colvmbvs Minimvs; Turtur minimus guttatus; The ground Dove; petite Turturelle, *Catesby* p. 26. *Sloane* p. 305. t. 264. Turtur minimus, alis maculoſis, *Raji.* An, Orletan de la Martinique *Labati* & du *Tertre?* an, Picui pinima, *Marggr?* an, Turtur minimus barbadenſis, *Will. Raji?* pependit 1ß ʒ.

XXV. Colvmba Gvineensis; roſtro nigro; oculis intra maculam ruberrimam membranaceam; capite & collo cinereis ex rubro fuſcis, alis vero fuſcis, albis maculis triangularibus variis; *Edvvard* II. p. 75.

XXVI. Colvmba Indica Fvsca, uti præcedens membrana quidem, ſed cyanea, oculos ambiente; *Edvvard* II. p. 76.

§. LIX.

Excelſas aves *Cicero* vocat *proceras* & alte volantes; quæ vel æque alta habent colla ac pedes alti ſunt, vel pedibus colla ſuperant ſatis producta; ſic proceritate corporis excelſæ, ut erectæ ſtantes fruticum truncos ſeu palos e longinquo repræſentent. Ex illarum cenſu obviam nobis veniunt Grvs & Hamota cum Anomalorostro; illa frugivora, hæ in aquis inſatiabiles.

§. LX.

§. LX.

GENVS XVIII.

Fam. IV. Gen. XVIII

GRVS. **Kranich. Kran;** γέρανος, quod in ſemina terræ commiſſa inquirit, potius quod ſeminivora eſt. Grus juvenis Vipio dicitur. Avis ſuperba, philauta; Graditur gravitate oſtentabilis; nec tamen ſevera eſt, ſed voluptate correpta ſatis jucunda, Statiodromus, Saltator, calculos aſſulasque in aërem vibrans, rurſusque ore excipere fingens. De cujus vigilantia multa narrantur; cum tamen omnes aves gregariæ inſultibus ſuperinvigilent. Nidulatur in locis paludoſis, quo acceſſus difficilis eſt. In memoriam beati Dn. *Laur. Robergi* ex MSCt. a Doctiſſimo Dn. *Wallerio* Upſalienſi mecum communicato, GRVS ab ARDEA differt 1) magnitudine, qua hanc ſuperat; 2) ungue medii digiti (*imo digito ipſo*) minime ſerrato; 3) roſtro breviore; 4) ventriculo muſculoſo; 5) aſperæ denique arteriæ revolutione mira.

I. GRVS NOSTRAS. Avis Palamedis; The Crane, *Will. Albin* II. 65; *Marſilli* t. I. *Schwenk.* Arteria aſpera ſingularis eſt; *Will.* t. XXVIII. Cauda ex pennis fluctuantibus compoſita. **Grauer Kranich.**

II. GRVS INDICA, *VVill.* Cauda brevi; **Kurtzgeſchwäntzter Kranich.** Præter caudam curtam, quam alæ tegunt, & roſtrum paulo longius, convenit cum Ima.

III. GRVS BALEARIA, *Aldr. VVill. Sloane* p. 314. *Raj.* p. 95. Pavo marinus *Cluſ.* V. II. Struthio ex China, *Viſcher.* Grus Balearia *Charlet;* apud quem figura, ſub tit. *Gruis Japonenſis*, erronee inſcripta. Roſtro breviore; coronam gerit ſetaceam; vid. *VVill.* & aliam deſcript. apud *Aldrov.*

IV. GRVS JAPPONENSIS, *Charlet.* Grus americana alba; The hooping Crane; Grue blanche de l'Amerique, *Catesby* p. 75. **Weiſſer Krahn.** Tota fere candicat, roſtro, collo inferiore, pedibus & alis internis exceptis; vertex capitis inſigniter rubet, & nigris maculis reſpergitur.

V. GRVS INDICA, MAJOR; The greater Indian Crane, *Edvvard* I. p. 45. **Graue Indianer.** Collum abludit in album; capite & primo articulo colli rubris; vertice albo; pone oculos macula rotunda alba; Roſtrum vireſcit; pedes roſei ſunt coloris.

VI. GRVS NVMIDIAE. The Numidian Crane; *Albin* III. 83. Demoiſelle; **Fräulein aus Numidien;** Roſtro luteo, ad exitum rubro; juxta oculos recurva penna longa ad inſtar cornu Arietis verſus cervicem

Fam. IV. Gen. XVIII retrograda in thoracem; præter alias fibrosas plumas, circiter 9'' longas, in pectus dependentes.

Cæterum confer. Jabiru *Marggr.* belgis: Negro - Jabiruguacu *Ejusd.* & Cariama; aves gruiformes.

§. LXI.

Gen. XIX. *GENVS XIX.*

HAMIOTA. **Angler.** Ex aquis victum quærens; piscibus inprimis fatalis; quorum amplam stragem, feriendo & perforando, faciunt ejusmodi aves, quos præ mole sua vincere nequeunt ad devorandum. Ejus Tribus III. Ardea, Ciconia & Anomalorostеr i. e. rostro singulari.

§. LXII.

Tr. I. *TRIBVS I.*

ARDEA, **Reyger.** Herodias. Ardua, quod alte volet, vel quod gracilis quidem sed procera sit avis. Αρδιόλη, Ardeola; Tantalus; **Reiher. Reger; Reigel; Herrgans.** Digitos habet prælongos; unguis postici digiti cæteris est major. Extimus digitus anticorum membranula ad primum articulum, quod in aquis versatur, conjunctus; medius in lateribus quasi serratus, quod & arbores frequentat, & in altissimis nidulatur; posticus digitus non, prout in aliis avibus tetradactylis, ad plantam e diametro antici medii, sed ad latus plantæ cum extimi digiti articulatione prima conjunctus. Ardeæ nostrates rostra habent recta subulæformia acutissima; exoticarum quarundam rostra parumper declinant; nonnullæ plumulas longas habent in capite & dependentes, magnatibus, inprimis asiaticis, caras. Ex MSCt. *Robergiano:* ARDEA id habet ab omnibus avibus singulare, quod nimirum intestinum cœcum unicum & simplex obtineant singulæ, cum aliæ aves geminum nactæ sint.

I. ARDEA PELLA, pulla, cinerea, *Schvvenkf.* πελλος, *Arist.* Ardea cinerea major; The common Heron, *VVill.* The crested Heron, *Albin* I. 67. The common Heron, *Albin* III. 78. *Marsilli* t. 2. **Grauer, blauer, aschfarbener Reyger.** Ardea crista dependente, *Linn.* **Reihel. Heergans.**

Anno 1660 d. 2 Julii juxta Gedanum: Ardea cærulea variegata, qualis *Albini* I. 67, sclopo necata.

II. ARDEA ALBA MAJOR, *VVill.* Ardea candida, λεκερώδιος, *Arist.* Albardeola, **weisser Reigel, Reyger,** *Schvvenk.* Garzetta in vallibus Malar-

Malarbergi, *Aldrov.*, minor eſt tertia *ejusd. Marſilli* t. 4 & 5. Ardea alba tota, capite lævi, *Linn.* vid. Num. X. Fam. IV. Gen. XIX. Tr. I.

Minor eſt prima; nivea; roſtro luteſcente; pedibus unguibusque nigricantibus; Anno 1662, 4 Aug. circa Gedanum necata; *VVill.* nullas ipſi dat plumas in capite; quales tamen minorem Ardeam albam *p. 205* habere ſcribit; ultima pependit libram unam; hæc quoque 1658 menſe Sept. apud nos capta. *Marſilli* Ardea alba minor t. 5. tribus dependentibus plumis condecorata; econtra Ardea alba maxima, the largeſt white Gaulding, *Sloane* II. p. 314. t. 266; *Raj.* Syn. p. 189. Guiratringa, *Marggr.* plumis capillaribus caret.

III. Ardea Nigra; μελανοκύανος; Ardea pulla. **Schwartzer Reyger**; magnitudine primæ par; alis ſuperne cæruleſcentibus, *Schvvenk.* ex pago Gusmansdorff prope Hirſchbergam. The black Gaulding or blue Gaulding; Ardea cæruleo - nigra, *Sloane* p. 315. t. 263. *Raj.* Crabier de *Labat.* Hanc non vidi.

IV. Ardea Stellaris; Αστέριας; ἐρώδιος, *Ariſt.* Oknos; Ardea paluſtris vel arundinum, piger; Botaurus; Aſinus; *Schvvenk.* the Bittern, *Albin* I. 68. *Marſilli* t. 6. & tertium genus t. 7. **Mosreigel; Rohrreigel; Moos-Ochs, Kuhe; Rohrtrum; Rohrdrummel. Erdbull. Meerrind.** Ardea vertice nigro, pectore pallido, maculis longitudinalibus nigricantibus, *Linn.*

Nomen habet a voce bovina, quam edit roſtro aquæ immiſſo. Collum contrahit & evibrat; fide non digna avis pedibus noſtris.

V. Ardea Varia, *Schvvenk.* Νυκτικόραξ *Gesn.* Corvus nocturnus, *Agric.* Ardea cinerea minor Nicticorax *VVill. Marſilli* t. 3. **Nacht-Reyger; Nacht-Rabe; Bunter Reyger; Schildreyger; Focker; Nachtram.**

Ex cenſu minorum, Gallinacei magnitudinem non ſuperans; gula, collo & pectore albis; ventre flaveſcente; alæ ſuperæ caudaque ex cæruleo cinereæ; dorſo & cervice viridi nigreſcentibus; Roſtro ſanguineo, prout pedes; tribus plumis longis in capite; **Fock-Federn;** nihilum præter has valet avis, unde proverbium: **Du biſt ein loſer Focke, von dem nichts mehr, als drey gutte Federlein kommen.**

VI. Ardea Stellaris Minima; The ſmall Bittern; petit Butor, *Catesby* p. 80. Ardea ſtellaris minor, *Raj. Sloane* p. 315. t. 263. **Grüne Nachtrabe.**

Roſtro nigro; collo & pectore lateritiis; capite & dorſo viridibus, p umis longis; alis ſubviridibus; pedibus fuſcis.

Fm IV. Gen. XIX. Tr. I. VII. Ardea Cyanea. Ardea cærulea; The blew Heron; Heron-bleu; *Catesby* p. 76. *Albin* III. 79. **Hochblauer Carolinscher Reyger.** Pependit 15 ℥; pedibus ſaltim vireſcentibus.

VIII. Ardea Fvsca. Ardea ſtellaris americana; the brown Bittern, Butor Brun, *Catesby* p. 78. An Ardea fuſca, nova ſpecies, *Marſilli* p. 24. t. 10? **Brauner Reyger.**

Minor Nycticorace noſtrate; roſtro quatuor uncias longo, ſuperne nigro, inferne viridi; oculis magnis, iride aurea; Corpus inferne fuſcum, intermicantibus plumulis albis; dorſo magis fuſco; collo in albedinem abeunte; ſuper alis triangulares habet maculas albas; caudam brevem plumbeam; pedes ex luteo virideſcunt.

IX. Ardea Stellaris Cristata Americana; the creſted Bittern. Butor huppé, *Catesby* p. 79. **Blauer Reyger mit gelber Mütze.**

Pondere 1½ ℔; roſtro nigro, valente; oculis magnis, iride rubra; circum oculos cute viridi; mitella ſtraminea; pone quam 4 pennæ longæ albæ, quarum longiſſima 4 unciarum; genæ longa alba macula tinctæ; cæterum cærulea; pedibus luteis; In inſulis Bahamenſibus hæ aves cancrivoræ vocantur.

X. Ardea Alba Minor Caroliniensis; the little witte Heron. Petit Heron blanc. *Catesby* p. 77. **Weiſſer kleiner Caroliner mit rohtem Schnabel.**

Magnitudine forte VIImam adæquat; roſtrum habet rubrum; aliquantisper incurvum; iride lutea, pedibus viridibus; cætera alba.

XI. Ardea Porphyrio; Amboinenſis; ſeu Ardea rubra Corallina; Ibidis ſpecies; *Seba* I. p. 98. t. 62. **Rohter Reyger**

Quæ Ibis ſit? **Der Egypter.** vid. *Will.* p. 212. & *Bellon.* p. 199. De eadem *Herodotus* apud eundem; Roſtro nonnihil arcuato; digiti, collum & integer truncus Ardeæ ſunt; vid. *Edwardi* tab. Itinerariam, ubi *roſtrum in naturali forma & magnitudine* exhibetur; *plura Parte* III, ubi de hyematione Ciconiarum, de Ibide & nigra & varia.

XII. Ardea Cinerea Flavescens, nova ſpecies, *Marſilli* p. 20. t. 8. **Graugelblicher Reyger.**

Dicitur Ardeæ cinereæ ſimilis, colore ab ipſa diverſa; criſta caret; longius roſtrum caputque habens; collo cinereo, lineolis nigris & fuſcis usque in pectus varia; ventre cinereo; cauda ſuperne & in dorſo rubris; remiges nigricant; tectrices profunde flavæ.

XIII. Ardea Viride-Flavescens, nova ſpecies *Marſilli* p. 22. t. 9. **Grün-gelber.**

Roſtro

Rostro 3 uncias longo; superne nigricante, inferne flavo; iride alba; colli particula ad mentum usque alba; reliquo collo, vertice, pectore & ventre lineis fuscis, variegatis; dorso nigro; alis in flavedinem vergentibus, intersperſis nigris maculis; cauda brevi, plumis criniformibus albis; femora cinerea; pedes nigricant, unguibus in exitu flavis. Fam. IV. Gen. XIX. Tr. I.

XIV. Ardea Cristata Maxima Americana. The largest crested Heron. Le grand Heron hupé, *Catesby* app. p. 10; Virginiana. Höchster Americanscher Reyger.

Erecta quatuor pedes anglic. cum dimidio alta; rostro octo unc. ab angulo rictus; ad oculos coloris ex luteo fusci; in collo dilutioris; plumagine fusca; vel quinque pollices longa; cætera fusca; alarum pennæ majores nigræ.

Reliquas a *VVillugb.* ex *Aldrov.* & *Marggr.* collectas Ardeas suis relinquimus autoribus. Cæterum videatur *Feuilleus* Journ. III de Ardea varia majori Chiliensi p. 57; Ardea varia p. 268 & Ardea cinerea rostro crassiore (forte Ardea XII) p. 411.

§. LXIII.

TRIBVS II. Tr. II.

CICONIA; Storch; quasi Cicania. Glottorat immenso de turre Ciconia nido. Κικονεος *Var.* Storck, Oyevaer *Bat.* ab amore parentum erga liberos. In Italia & Anglia rarissima avis. Ex MSCto *Robergii:* Ciconia collum brevius habet & crassius, quam in Ardeis; ungues sunt lati humanis similes; rostro crepitat crebro, mandibularum ad se mutuo appulsu, unde *Crotalistria* dicitur.

I. Ciconia Alba; The white Storck, *VVill. Albin* II. 64. *Marsilli* t. 2. Satis nota avis; Bunte, weisse, gemeine Storch.

II. Ciconia Nigra, *VVill.* Ciconia fusca, *Schwenk.* Schwartze Storch.

In Polonia, Lithuania & Prussia, ibique in secessibus locisque uliginosis habitat, nidulaturque in abditis sylvis. Minor est alba; Rostro pedibusque sanguineis, quos *VVill.* prout rostrum virides esse, erronee scribit. Aliquoties in horto nostro per annos nutrita. *Albini* figura avem non repræsentat vivis coloribus.

III. Ciconia Americana; Maguari *Marggr. VVill.* Sine figura; videtur tamen præter rostrum, qua medietatem flavum & cinereum, nostrati reliquis coloribus, secundum descriptionem, satis similem esse, & glottorare dicitur, prout Ciconia alba.

Fam. IV. Gen. XIX. Tr. III.

§. LXIV.

TRIBVS III.

ANOMALOROSTER. Roſtro vel cochleari, vel ſinuoſo; vel conico, in exitu incurvato.

A. PLATEA ſ. PELECANVS; πελεκάνος *Ariſt. Aldr.* Leucorodius; Albardeola. *Belgis:* Lepelaer. Anſer cochlearius; Cochlearia; Anſer platyrynchus; **Löffelgans, Pelican;** *Schvvenk. VVill.* Anomaloroſter.

I. PLATEA, LEVCORODIVS, *VVill.* Alba Ardeola *Marſilli* t. 12. The Spoonbil; Albardeola, *Albin* I. 66. Beccaroveglia, *Ital.* Calpetre, *Ruſſis. Albinus* avem male pinxit, quia *VVillughbejus* non recte deſcripſit: roſtro luteo; cum tamen & roſtrum & pedes nigra; quod de adultis ipſe innuit *Will.* vivam habui avem, totam niveam; præter roſtrum & pedes.

II. PLATEA BRASILIENSIS; Ajaja dicta; Colherado *Luſit. Marggr. Will.* **Rosenfarbener Löffler;** Alba, dorſo & alis roſei coloris; roſtro nigro; ex inſula Surinamenſi a Dn. *Fredero:* cum Braſilienſis roſtrum eburneum dicatur. An Platea incarnata, *Sloane* p. 316?

III. PLATEA SANGVINEA TOTA; Thlanquechul; ſ. Platea mexicana, *Hernand. Nieremb.* The american Scarlet Pellcan, or Spoonbill, *Raj.* Roſtro cinereo, univerſi corporis colore coccineo.

B. PHOENICOPTERVS, *Plin. Aldrov. Seba* I. 103. t. 67. *Catesby* p. 73. *Albin* II. 77. *Will.* p. 240. *Grew* Muſ. Reg. p. 67. *Douglaſs* Ph. tranſ. n. 350. Flambant ou Flamant *du Tertre. Frezier* p. 74; *Labati.* Paſſer Flaminga, *Smiths* Obſ. p. 54. *Sloane* p. 321. Flamenco *de Laet* I. c. II. p. 13. The Flamingo, *angl.* φοινικόπτερος, *Ariſtoph*, qui primus huic avi hoc impoſuit nomen a rubentibus pennis; φοινίκεος puniceus & πτερον ala; ορνις φοινίκεος *Phyloſtr.* Lib. 8. p. 387. Avis rubra *Gesneri.* Fiamingo, *Aldrov.* Phœnicopter, *Charleton.* Tota rubra, præter 6 remiges nigras; erecta, ut Ardea ſolet, 5 pedes anglic. ſuperans. *Roſtri* radix profundum *ſinum* format ad oculos usque; mandibulæ ambæ hyperbolicæ ſunt figuræ; ſuperior verſus caput elata, antrorſum compreſſa & cuſpidata, in extremitate parumper adunca; inferior mandibula ſuperiori ſeſe accommodat. Habet igitur roſtrum plane anomalum, ſinuoſum; *Nares* longas; *rictus* longitudine tota ab intimo angulo ad extremi-

tremitatem rostri in linea recta absolvit 3''. 7''' par, ad oculos usque 9'''; gibbus rostro major 1''. 6'''; Stolida avis. *Digiti* ad tertium medii articulum usque membrana conjuncti, quæ membrana triangulum describit, ut fundum uliginosum & paludes superare possit. Confer. *natur. hist.* and *descript.* of the Phœnicopterus *phil. Transf.* num. 350. p. 523 seqq. **Saml. aller Reisebeschreib.** P. II. p. 168. Fam. IV. Gen. XIX. Tr. III.

C. TANTALVS; LOCVLATOR; Pelicanus americanus arboreus; the Wood Pelican; *Catesby* p. 81. **Nimmersatt; Hochbeiniger Mauchler; Baum-Pelican;** Avis gutturosa; pedibus excelsis; corpore ad magnitudinem Anseris accedente; rostro 9½'' longo, conico, in exitu incurvato; ad basin in circumferentia 9½''; cauda & pedibus nigris; digitorum primis articulis membrana conjunctis; in gutture marsupium gerit, unde *nobis* **Mauchler** (vid. *Miss. V. de pisc.* §. III.) prout Phœnicopterus, stolida avis. A *Persis* vocatur Tacab & Mise; de hac ave *Chardin.* III. c. 9. p. 40: quand il ouvre le bec, un agneau y passeroit; arbores frequentat & in iis nidulatur; uti Ardeæ.

§. LXV.

GENVS XX.

Gen. XX.

JACVLATOR. **Harpunierer;** elongato rostro paxilliformi pro *telo*, quo pisces cetaceos feriunt homines, habendo (Harpun.) Hæ aves curtos habent pedes, pone digitum unum, ante tres; capite pro corporis volumine amplo; rostra fortia paxilliformia in fine acuta; quibus pisces feriunt.

I. JACVLATOR; ARDEAE MEXICANAE SPECIES SINGVLARIS; *Seba* I. p. 101. t. 65. n. 2. **Schwartzer Harpunier.**

Pectore alisque ex cinereo marmoratis; cætera nigra; crura crassa; digitos habet longos squamatos; ungues productos; *ex aëre pisces feriens.*

II. JACVLATOR CINEREVS; Pica mexicana; *Seba* I. p. 101. t. 64. n. 6. **Dunckelgrauer Harpunier.** Transparente obsolete rubro colore; magnitudine Picæ.

III. JACVLATOR MITELLA RVBRA; *Seba* I. p. 100. t. 64. n. 3. **Rohtgekapter Harpunier.** Capite & genis rubris; collo & ingluvie viridi-

Fam. IV. viridibus flavo mixtis; dorſo herbaceo, prout & cauda; remiges caſtaneæ albis maculis tigrinæ.

Gen. XX. Nulla ratione I & III in Ardeas, nec IIdam in Picam vertere poſſum; non obſtante, quod omnes *piſces* feriant.

§. LXVI.

Fam. V.

FAMILIA QVINTA.

PLOTTVS i. e. PALMATVS. TETRADACTYLVS; digito poſtico ſimplici.

Cruribus brevibus; digitis tribus anticis integris forti membrana conjunctis, unde *plotus* vel *palmatus*; vid. *Tab. Synopt.*

A roſtrorum qualitate Gen. I. Platiroſter; Gen. II. Coniroſter.

§. LXVII.

G. I.

GENVS I.

PLATIROSTER, vel LATIROSTER; Hoc genus in duas gentes excrevit; quarum I. Anſer II. Anas.

§. LXVIII.

Gens I.

GENS I.

ANSER; die Gans. Hæc gens a ſecunda (*Anate*) ſe diſtinguit; corporis magnitudine, dorſo elato; collo longo, roſtro forti, pedibus inprimis, qui altiores & medio ventris proximiores, cum *Anatum* pedes uropygio proximi ſunt, ut anterior pars corporis præpondium habere videatur, quod pectore vacillantes & podice criſſantes incedunt; *Anſerum* pectus elatum; vocesque Anſerum & Anatum inter ſe differentes vel e longinquo auribus noſtris dignoſci poſſunt. vid. Aves palmipedes latiroſtras majores ſeu anſerinum genus, *Catal. av. Petropol.* p. 405.

I. ANSER CYGNVS. Schwan-Gans. Κύκνος; The tame Swan; The Cygnes, *Will. Marſilli* p. 98. t. 47. *Albin* III. 91. & *aliorum.*

Anſer maximus, & plus minus ab extremo roſtri ad exitum caudæ latæ 55″, ad ungues usque 57″; alis expanſis 7′. 8″. *VVill.* differentiam ponit inter Cygnum ferum & domeſticum; A wild Swan called alſo an Elk, and in ſome places the Hooper, *Dale* p. 271. 272. Sed hæc diſtinctio parum valet. De cantilena Cygnorum vide *VVorm.* p. 299. It is in Winter

Winter ofter ſhot upon the Englands Coaſt, *Dale* p. 403. In recenti Habo Pruſſiæ greges numeroſæ conſident. Plura de Cygnis Parte III. Anas roſtro ſemicylindrico; cera flava (nigra) corpore albo, *Linn.* Fam. V. Gen. I.

II. Anser Domesticvs, Rvsticvs. The Gooſe, *autorum.* Maximus poſt cygnum, inprimis Inſulanorum noſtratium. **Bauer-Hauszahme Gans.** Gens I.

III. Anser Fervs, *ſimplic.* **Wilde Gans.** The common wild Gooſe, *Will. Marſilli* p. 100. t. 48. *Albin* I. 90. Anas roſtro ſemicylindrico, corpore ſupra cinereo, ſubtus albido; rectricibus margine albis, *Linn.*

Minor eſt domeſtica; roſtro vel toto nigro, vel a radice ultra nares nigro, ſubſequente aurantio colore, in apice rurſus nigro; corpore ex fuſco & cinereo picto; ventre albeſcente, pedibus vel aurantiis vel flavicantibus, unguibus nigris; ſub oculis linea alba; Dantur aliæ varietates; v. *Albin;* in Anglia ad littora hyeme frequens.

IV. Anser Hispanicvs, an potius Guineenſis; The Swaan-Gooſe, *VVill. Albin* I. 91. Anſer hiſpanicus ſeu Cygnoides, *Marſilli* p. 104. t. 50. **Spanſche Gans.**

Magnitudine ſuperat domeſticum; roſtro nigro; in fronte corneum tuber; ſub oculis alba zona; collum ſuperne ſubrubrum, ut & pectus, infera parte colli alba; truncus in dorſo ex albo ſquameus; in ventre albo; pedibus rubris; alia deſcriptio apud *Marſill.*

V. Anser Rvssicvs. The moſcovian Gander and Gooſe. *Albin* II. 91. 92.

Paulo minor IVto, roſtro rubro-luteo, cum tubere majore, ſimilis coloris, ceræ loco, nigredine fimbriato; inſuper linea alba; mitella capitis nigra; gutture loculatorio vel marſupiali; corpore albicante mixto cinereo; in dorſo & alis e ſubflavido ſquameus; pedes rutilant. Fœmina aliter picta; Vidi varietatem in Anſere Syberiæ, magis gutturoſo; roſtro pedibusque nigris, tubere nigro depreſſo; **Rußiſche, Siberiſche Gans.**

VI. Anser Canadensis. The Canader Gooſe, *VVill. Catesby* p. 92. *Raj.* **Canadenſer.** *Albini* Canade Gooſe I. 92 ab hoc diverſus; ad *Coniroſtros* referendus, mandibula ſuperiore longiore.

VII. Anser Chilensis, *Charlet.* an, the Gambo, *VVill.?* **Gambenſer.**

Ad primum articulum alarum valido aculeo donatus; corpore albo, dorſo purpuraſcente, lucido; pedibus & roſtro rubris.

Fam. V Gen. I. Gens I.

VIII. Anser Brenta; The Brent Goose, *VVill.* **Brent-Gans; Baum-Gans;** vid. *Martens.* L. 4. c. 3. *Dale* p. 403. The Rat or Road Goose, *Id* p. 404. Brenthus *Raj.* Brenta seu Bernicla minor, *VVill.* Bernicla, the Bernacle or Clakis, *Sibb.*

His nominibus appellatæ sunt varietates. *Aldrov.* quatuor figuras dedit, quarum duæ priores *Berniclam* repræsentant; posteriores *Clacidem.* In Anglia septentrionali hyeme apparent; conf. litteras *Johnsoni* phil. lettr. p. 121. & *Caji rar.* de Ansere Brendino p. 87.

IX. Vvlpanser; **Fuchs-Gans.** Tadorna *Bell.* Bergander, *VVill.* The Shell Drake or Burrough-Duck, *Dale* p. 405. *Albin* I. 94. *Marsilli* p. 106. t. 51.

Vulpanser, quia in foveis, prout Vulpes, nidulatur (*) belle picta avis; vid. *Albinum Aviar. Bareith.* Lingus, Jugus, *Suecis;* Ex Gothlandia aves cum ovis ad manus meas venerunt. In Prussia quoque occurrit. *Bellon.* de av. in 4to. C'est Oiseau cy est appellé Tadorne, qui rarement se voit en notre France: plus qu'un Grisard est gros en corpulence, ses couleurs sont: blanc, rousse, pale & morne. Ova ponit 12.

*) Quanquam Vulpis non in fovea, sed tempore aestivo in arvis frumentariis catulos excludat, quos circa messem in sylvas ad loca paludosa secum ducit.

X. Anser, Plvmis Mollissimis, *VVill.* **Eider-Gans, Eider** *Sibbaldi.* Magis ad Anseris quam ad Anatis figuram accedit; *VVorm.* p. 302. ex insulis Feroënsibus. The great black and white Duck *Edw.* II. p. 98. De *Grœnlandensi* Parte III. Ejus plumæ **Eyder-Duhnen** vocantur; ex quibus nidum sibi parat inter scopulos.

XI. Anser Grandinis, Nivis, Hybernvs, *Schwenk.* Anserinum genus aliud, *Marsilli* p. 102. t. 49. **Schnee-Gans; Hagel-Gans.**

Totus albus, præter alarum extremas quatuor vel quinque remiges pennas, quæ nigræ sunt; Hyeme saltim conspicitur; vide descriptionem *Marsilli.*

XII. Anser, Embergoose dictus *Sibb.* **Embergans.**

Dicitur nidum sub aqua struere, ovisque incubare. Huic historiæ non habeo fidem; aves non sunt pisces; majorem habet verisimilitudinem, quod *Th. Preston* phil. trans. No. 473. p. 61. narrat: quod hic Anser, Zetlandiæ notus ova sua sub alis excludat; „this is certain-, that-they have a Cavity or hollow Place unther one of their wings only, capable of containing a larged Egg.

XIII.

XIII. Anser, Dvntergoose, *Sibb.* **Duntergans**; in insulis Orcadicis, inprimis in insulis Ketha & in Zetlandia; *Preston* ibid. Fam. V. Gen. I. Gens II.

§. LXIX.

GENS II.

ANAS. **Endte.** Differentias inter Anseres & Anates, vid. §. *præced. Aristot.* de situ pedum Anatum rationem adfert: ut in natatione valentius instantes aquas propellere possint pedum palmulis; vid. aves palmipedes, latirostras minores seu anatinum genus; *Cat. av. Petropol.* p. 406.

I. Anas Domestica, Vvlgaris; the common tame Duck, *Will.* Anas fusca, *Marsilli* p. 122. t. 59. Anas cicur, *Schwenk.* **Hauß-zahme Endte. End-Trach.** mas; **Rätsche, Hatsche,** a voce rauca.

Differunt inter se coloribus; mares habent crispatas 2 vel 3 plumas super cauda ad uropygium.

II. Anas Indica, *Gesn.* Anas turcica; an Anas procerior hispanæ insulæ Columbi, *Schwenkf.* Anas moschata; an Caltrina *Aldrov?* The Muscovy Duck, *Will.* Anas Libica, Cairina; *Aldrov. Will. Marsilli* mas & femina t. 56. 57. *Sloane* p. 324. *Raj.* 190. 191. *Bell.* **Turcksche Endte; Frembde Ente; Indiansche Endrach.** Conferantur Anas indica & Anas turcica sive indica altera *Caji rarior.* p. 89. & p. 91.

Diu apud nos jure civico donata; major præcedenti; capite & gula sanguineis, carnea cute; Meleagridis ad instar varia; vid. *Schwenkf.*

III. Anas Sylvestris Vera, *Alberti.* major *Peuc.* Anas fera Ima seu torquata minor, *Schwenk.* **Gemeine wilde Endte, Zorn. Mertz-Endte; Blau-Endte; Gros-Blas-Endte; Spiegel-Endte.** Boschas major; the common wild Duck, *Will.* The Wallad, *Albin* II. 100 varietas est; vide *Dale* p. 404.

Satis nota; *Schwenkf.* migratoriam esse avem dicit, calida quærens loca. Tota hyeme apud nos vagatur. Anno 1746 d. 18 Jan. earum mares duos sclopo necatos Gedanum mecum sumpsi. Anas fera 2da seu torquata major, *Schwenkf.* **Stor-Endte, Stertz-Endte,** vel est varietas, vel ipsa fera Ima, **Mertz-Endte,** quod mense Martio jam per paria circumvolat. Huc quoque referenda Cerra, the wild Duck, *Albini* I. 99.

IV. Anas Mediocris; βοσκαρ, *Arist.* Anas fera 5ta seu media, *Schwenkf.* **Mittel-Endte,** *Gesn.*

Fam. V. Gen. I. Gens II.

V. Anas Fera Fusca, vel Media *Gesn.* Anas fera 8va seu Erythrocephalus I *Schwenk.* Penelope, *Aldr.* an, Anas fistularis? The common Wigeon or Whewer, *VVill.* **Braun-Endte.** Huc pertinet Anas fera 9 seu Erythrocephalus 2, an Penelops *Aristot.?* **Braunköpffige, Rohte-Mittel-Endte; Wilde Grau-Endte.** *Schvvenk.* Anas fera fusca *Gesn. Aldr;* cui & Penelops veterum. **Brand-Endte, Rotthals, Rottkopff.** Cane à la tête rouge; *Bellon.* The Pochard or great red-headed Wigeon, *VVill.* porro *Albini* Anas II. 98, & Anas fera, capite subrufo major & minor, *VVill.* p. 272.

VI. Anas Fera 10. seu strepera, *Schvvenk.* **Schnarr-Endte,** *Gesn.* **Schnatter-Endte, Mittel-Endte;** The Cadwall or Gray. An, Anas mediæ magnitudinis, *Gesn.?* Anas strepera, *VVill.*

VII. Anas Fistvlaris, *Fabric.* Anas fera 11. seu canora, *Schvvenk.* à sono acutiore, quam fistulæ modo emittit. **Pfeiff-Endte.** *Albin* II. 99. Anas fistularis arboribus insidens, *Raj.* p. 192. *Sloane* p. 324. t. 272. The whistling Duck. Turmatim confident.

VIII. Anas Fera 13 *Schvvenkf.* seu minor; Φάσκαρ, *Eber.* Boscas minor; Anas sylvestris minor; Querquedula sylvestris minor, *Gesn.* Cujus varietates: Anas fera 14 seu minor 2 *Schvvenk.* Anas Circia *Fabric.* Querquedula fusca *Gesn.* & Anas sylvestris minor; Anas fera 15 seu minor 3 *Schvvenk.* Querquedula varia *Gesn.* prima *Aldrov.* Garganey Mediolan: *VVill.* **Gemeine Krück-Kriech, Krieg-Endte. Grau-Endelein; Bieckilchen; Scheckig Endtlein; Sprenglich Endlein; Kernel.** Vid. Circiam *Gesn.* The Summer Taill, *Albin* II. 103 the Hen 104. Hæ omnes sunt Anates minimæ, vulgo Querquedulæ, quas in subspecies distribuere supervacaneum foret; sunt enim varietates; conf. etiam Vulpanatem, Anatem feram 16 *Schvvenk.* quæ ut Vulpanser in foveis sub terra nidulatur.

IX. Anas Mvscaria, *Gesn. Aldr. VVill.* Anas limosa; Anas fera 17 seu minor 5, *Schvvenk.* **Mor-Endte; Mack-Fliegen-Mur-Endtel. Mugg-Ent.**

Parva Anas & variegata, super aqua volitando, prout Hirundo, muscas capit; pedibus luteis; membrana nigra; rostro luteo & serrato.

X. Anas Latirostra, *Schvvenk.* Clangula *Gesn.* Anas platyryncha, Schellaria, Clangula, *Fabric.* Anas clypeata mas, *German.* The Cock Shoveler mas *Albin* I. 97. femina 98. Anas platyrynchos *Aldr.* altera Taschenmaul. Anas latirostra major, *Gesn.* **Löffel-Endte; Breitschnabel; Schall-Endte. Schild-Endte, Lepel-Gans,** *VVorm.* p. 305.

Rostro

Roſtro, cochlearis forma, nigricante, amplo; mandibularum acie- Fam.
bus undique aculeis ſetarum inſtar denſe ſtipatis. Capite & medio collo V.
e rubicundo nigricante; alis iſatidis colore tinctis; magnitudine Ana- Gen.
tis III; fig. in *Aviar. Bareith;* ubi plures Anates egregie pictæ. I.
Gens
XI. Anas Fvligvla Prima, *Gesn. Aldrov.* Mergus cirratus mi- II.
nor; *Gesn.* Querquedula criſtata ſive Colimbis, *Bellon. Aldrov.* Capo negro *Venet.* The tuffted Duck, *VVill.* Anas fuligula; La Canarde creſpe noir, the black creſted Duck, *Albin* I. 95. (perperam Mergus & Colymbis) **Schups-ſchwartze Endte, mit weiſſem Unterleib; Moor-Endte** *noſtrat.* vid. No. XXVI.

XII. Anas Nigra, *Aldr.* cujus deſcriptio Dn. *Johnſon* debetur, apud quem ipſam avem vidit *VVillughb.* **Schwartze Endte, mit ſchwartzem, rohten und gelben Schnabel;** plumis holoſericis.

XIII. Anas Clangvla, Sargon; the golden Eye, *Albin* I. 96. **Golden Auglein.**

Caput ultra gulam e cæruleo & nigro in purpuram abit; ad roſtrum macula alba; roſtro colore nigricante circumſcripto; dorſo & alis nigris albo & cinereo ſquamatim variegatis; pedibus luteis.

XIV. Anas Querqvedvla Francia; Cercelle; The French Taill. *Albin* I. 100 mas, 102 femina.

Linea anguſta a mandibula ſuperiore ſupra oculos per cervicem ad pectus usque lutea percurrente; oculis in lata linea nigra; capite colloque ferrugineis.

XV. Anas Fera 12, ſeu Cavdacvta, *Schvvenk. Aldrov.* Coda lancea, *Romæ.* Sea Phaſant; The Cracker, *VVill. Albin* II. 94, mas, 95 fœmina. *Dale* p. 404; ibi & plures Anates. **Spies-Endte; Spitz-Schwantz.** *Aviar. Bareith.*

Sæpius nobis obvia; Capite ruſſo; pone meatus auditorios purpurea; fœmina caret cauda acuta.

XVI. Anas Islandica; Cavda Protensa; Havelda dicta, *VVorm. VVill.* **Islandſche Spies-Endte.** Anas fera Seevogel *Jonſton.* t. 49. **Gadeldusch.** quotannis nobis occurrit; quatuor acutis pennis nigris in cauda, quarum longiores 9″.

XVII. Anas Advnco Rostro; the Hook-bill Duck, *VVill. Albin* II. 96 fem. 97 mas.

Anati domeſticæ externa facie ſimillima; roſtro præcipue differt, quod latum eſt, longius paulo, quam vulgaris & modice inflexum deorſum, ſeu aduncum; roſtro vireſcente. **Krummer Breitſchnabel.**

Fam. V. Gen. I. Gens II.

XVIII. ANAS BAHAMENSIS, roſtro plumbeo, macula aurantii coloris; The Ilatera Duck; Canard de Bahama, *Catesby* p. 93. **Bahamer.**

Minor domeſtica; ad ſuperiorem mandibulam in capite plumbeo triangularis figura aurantii coloris; Gula & tota colli inferior pars alba, cervice, thorace & ventre e cinereo flaventibus; alæ fuſcæ; in medio remigum virides, flavo circumſcriptæ, extremitatibus nigris.

XIX. ANAS MINOR, CAPITE PVRPVREO. The Buffels-Head Duck. Petit Canard à la tête purpurine, *Catesby* p. 95. **Purpur-Köpchen mit weiſſen Backen; Büffels-Kopf.**

Toto capite plumoſo vid. N. XXVII.

XX. ANAS LATIROSTRA AMERICANA; The blue-wing Shoveler. Canard d'Amerique au grand bec; *Catesby* p. 96. **Aufgeworffner Breitſchnabel.**

Roſtro ut ſcutum oblongum formato; antrorſum aliquanto recurvo; aciebus dentatis; nigricante; pedibus rubris; tectricibus cæruleis; quas alba linea transverſa ſequitur; cætera fuſca.

XXI. ANAS CRISTATA, AMERICANA; The Summer Duck, Canard d'Eté, *Catesby* p. 97. *Edward* II. p. 101. **Plüm-Endte,** mas; an fœmina ſit the Ducky and Spotted Duck *Edw.* II. p. 99? Ambæ ſunt americanæ.

Autor putat hanc avem nondum deſcriptam, ſed, ni fallor, erit fœmina criſtatæ. Roſtro rubro, in cujus medio & in extremitate nigra macula; cera lutea; iride lutea in circulo purpureo. In capite duæ pennæ longæ, utrinque quaſi crinitæ, cæruleæ virides & purpureæ, dependentes, & anguſta linea alba diſtinctæ; plumæ capitis violacei coloris; gutture albo ad latera duos ramos formante; thorace abſolute rubro, albo maculato; ad tectrices zona lata nigra, transverſa; dorſo alisque ſuperioribus diverſorum colorum; ex uropygio exeunt duæ anguſtæ, ex luteo fimbriatæ, pennæ; cauda cærulea & purpurea; pedibus fuſcis; externe rubentibus.

XXII. ANAS MINOR EX ALBO ET FVSCO VARIA. The little brown Duck. Petit Canard brun; *Catesby* p. 98. **Graukopff mit weiſſen Backen.**

XXIII. ANAS QVACVLA; Querquedula americana fuſca. The blue-wing Tail Sarcelle brune de l'Amerique. **Grau Krieck mit blauen Schultern.**

XXIV. ANAS, QVERQVEDVLA AMERICANA VARIEGATA. The white

white Taile Teal. Sarcelle d'Amerique, *Catesby* p. 100. **Blau Kopff weis gezeichnet.** Fam. V. Gen. I. Gens II.

Toto corpore velut ſquamata, tectrices alarum cæruleæ, remiges fuſcæ; ad uropygium pennis longis, ſuperat magnitudine Querquedulam vulgarem.

XXV. ANAS FERA, GRISEO COLORE, MENTO CINNABARINO, VNDVLANTE PECTORE, *Marſilli* p. 108. t. 52. **Rohtbart.**

Mento colloque cinnabarinis, interſperſis albis maculis, roſtro ſanguineo; pedes purpurei.

XXVI. ANAS CRISTATA FLAVESCENS; *Marſilli* p. 110. t. 55. **Gelb-Schups.** Aut eſt Querquedula criſtata ſeu Colymbis, *Bellonii*, aut ob ſui novitatem, *Marſilliana Anas* dicenda.

Pedem longa; roſtrum ruberrimum 2½''; oculi e nigro tendunt in colorem rubrum; frons elevatur plumis luteis mollibus magnifice; quæ pedetentim ad gulam rurſus deſcendunt; collo & pectore e nigro cinereis; Dorſo ex albo griſeo; tectrices albo circumſcriptæ; remiges e fuſco cinereæ cæruleſcunt, quo colore & cauda gaudet, extremitate quadratulis; crura alba, pedes amœne purpurei. Videtur itaque alia ſpecies, quam XI eſt.

XXVII. ANAS PLATYRINCHOS, MAS. Clangula *Gesn.* Quatre occhi, *Ital. Marſilli* t. 55. **Vier Aeuglein.**

Facie eſt Anatis: The Buffels Head-Duck *Catesbeji* (N. XIX.) Hæc albam maculam transverſalem habet in genis, quam illa ad radicem roſtri. Ambæ ab Anate XIII diverſæ, quod ultima eſt capite lævi, & oculos habeat aureos parvamque maculam albam ad roſtrum. *Marſilli* deſcriptionem a *Willughbejo* mutuavit.

XXVIII. ANAS VIRESCENS, ſeu capite vireſcente; *Marſilli* t. 58. **Blum-Endte mit grünem Kopff.**

Corpore multum vario, quaſi ex opere teſſellato, vel ex floribus variis pratorum; dorſum purpureum; brachia cærulea, tectrices virides, remiges nigro & plumbeo tinctæ; pedes rutilant; cauda cintereſcit.

XXIX. ANAS STELLATA. The Wezel Coot, *Albin* I. n. 88. **Stern-Endte.**

Superum caput trans oculos fuſcum; roſtro ad radicem nigro; in dorſo radiat ſtella alba magna; cætera cinerea ex griſeo ſquamata, medium remigum nigreſcit.

XXX. ANAS ALBELLA; Albellus *Albini* I. 89. The Smew. Albellus alter *Aldr.* Mergus major cirratus, *Gesn. VVill.* an, Mergus Rheni,

Fam. V. ni, *Gesn. VVill.* Weiszopff. cirro ſubtus nigro; oculi intra maculam ovatam nigram.

Gen. I. XXXI. ANAS, QVERQVEDVLA 2 *Aldrov.* The Teal *Sloane* p. 324.

Gens II. Rohthälßlein, *VVill.* An, Anas Circia *Gesn. VVill. Raj.* p. 147 & 292?

XXXII. ANAS FERA VENTRE CANDIDO; the white belled-Duck *Raj.* p. 192. *Sloane* p. 324.

Roſtro nigro, capite fuſco; in collo, dorſo & ventre parum fuſca, lineis albis varia.

XXXIII. ANAS PARVA EX NIGRO ET ALBO VARIEGATA; roſtro nigro, pedibus croceis; the little black and white Duck; *Edward* II. p. 100.

XXXIV. ANAS SINENSIS; the Chineſe Tail, *Edw.* II. p. 102. Criſta cirrata viridi, interpoſitis purpureis plumis confarctis; genis albis; mire variegata avis; ſingularibus pennis ad uropygium, altero latere plumis eminentibus ſex, cervicem verſus incurvatis; vide ulteriorem deſcriptionem apud autorem.

§. LXX.

G. II. *GENVS II.*

CONIROSTER. Kegel-Schnäbler. Harum avium roſtra e radice vel in acutum vel in obtuſum conum producta, levi curvatura in exitu. Excreverunt in Gentes I. Larorum, II Serratorum, III Anomalopedum, IV Anomaloroſtrorum.

Gens I. *GENS I.*

LARVS; Mewe; λαρος; a Laris piſciculis, quibus delectantur, *Schwenk.* Macropteræ, alis longis; pedibus brevibus, Plotis ſ. Palmatis. Plurimæ in inferiori mandibula quaſi articulum vel eminentiam, linea recta interrupta, habent, quædam mandibulas utrasque rectas; aliæ æquabilem, rurſus, aliæ forcipatam caudam; non ſunt Lari, niſi Palmipedes tetradactyli, digito poſtico ſimplici; de Laris fiſſipedibus nonnullis apud autores jam ſupra egimus.

I. LARVS MAXIMVS ex albo & nigro vel ſubcæruleo varius; an Skua, *Hoieri.* The great black and white Gull. *VVill. Albin* III. 94. Gröſte bunte Mewe.

Pependit 4 ℔ 12 ʒ. Roſtro luteo. Capite, collo, pectore & ventre albis; dimidium dorſum, remigesque nigra, apicibus albis; crura pedesque

que e luteo albent. Avis *Albini* cæruleum in dorſo contraxit colorem. Larum marinum maximum ex albo, nigro & fuſco varium, Grœnlandicum *Anderſonii*, vide Parte III §. XI. num. XI ſub nomine Mallemucke. Fam. V. Gen. II. Gens I.

II. Larvs Cinerevs Maximvs. The Herring Gull, *Raj. VVill.* **Größte graue Mewe;** Marinarius piſcator, *Marſ.* t. 40. Mauce du *Tertre* & *Labati*. Gavintas, *de Oviedo*. Guacaguaca, *Marggr*. The common Gull, *Sloane* p. 322.

Magnitudine Anatis; roſtro luteo; ad eminentiam mandibulæ inferioris linea rubra utrinque; pedibus luteis; dorſo & alis griſeis; extremitates remigum partim nigræ, partim cinereæ & albæ.

III. Larvs Cinerevs Piscator, Gavia, *Schvvenk*. Larus cinereus *Bellon. VVill.* Hirundo marina, Vultur piſcarius; Gyrfalco marinus aliquibus dictus; *Marſil.* t. 41. **Weiſſe Mewe, Seeſchwalb; Fiſchahr-Mewe.**

Pondere 7 ℥; Anterior corporis pars nivea; non niſi ad meatus auditorios & in inferiori collo maculis nigris, dorſo & tectricibus cinereis; cauda nivea, in exitu nigra.

IV. Larvs Cinerevs Minor; The common Sea Mall, *VVill.* **Gemeine graue Mewe.**

Roſtro ſordide albo, in fine flavo; capite & collo maculis nigris; dorſo ad caudam usque cinereo, tectricibus albicantibus, remigibus nigro & albo variis; reliquum corpus niveum; pedibus virentibus.

V. Larvs Rostro Nigro. The with Web footed Gull. *Albin* II. 84.

Oculis nigris; iride alba; Caput, collum, pectus & venter ex albo flavent; dorſo & rectricibus griſeis, ſquamatis; remigibus in exitu nigro albis; vel varietas præcedentis, vel alteruter mas & femina.

VI. Larvs Grisevs Maximvs; the great Gray-Gull. *Albin* I. 83. Wagel *Cornub.* Martinazzo *Venet.* The Bourguemaſter of Grœnland; an Larus albo cinereus torque cinerea *Aldrov. Will?* an Cataracta *Aldrov?* **Grau-braune groſſe Mewe.**

Pondere 22 ℥; colorem dorſi & alarum Angli vocant *Gray* e. gr. colorem Numenii; Roſtrum habet nigrum. *Nota:* quod Præconſul, ſive Bourguemeeſter *Martenſii* eſſe nequeat; Hic tridactylus eſt.

VII. Larvs Fvscvs; the brown Gull, *Albin* II. 85. Cataractes noſter, Ganner, ut puto, Cornubiens. *Will.* **Braun- und geſchupte Mewe.**

Ex ferrugineo fuſcus; roſtro, extremis remigibus caudaque nigris.

Fam. V. Gen. II. Gens I.

VIII. Larvs Albvs Erythrocephalvs; Larus major, capite rubro; **Braunkopff; rohtköpffiger Seeschwalm,** *Schwenk.* The brown head Gull, *Albin* II. 86.

IX. Larys Hybernvs. The Coddy Maddy, *Albin* II. 87. **Ringel-Mewe.**

Dimidium caput & venter alba; ſuperum corpus ad exitum usque caudæ cinereum; roſtro nigro, oculisque intra album circulum; ad meatum auditorium macula nigra reniformi; a cervice ultra dimidium collum torque nigro; alis variis fuſcis, fimbriis albis.

X. Larvs Albicans; *Marſil.* p. 88. t. 42. Cauda forcipata. **Schwartzkopff.** Hirundo marina major; The greater See-Swallow, *Albin* II. 88 varietas eſt; Sterna *Turn.* Speuter *Baltn.* The See Swallow *Will.*

XI. Larvs Minor Cinerevs; Gavia minor *Schvvenkf. Marſil.* t. 43. **Rohrschwalm. Fischerlein.**

Roſtro rubro; in extremitate nigro; pedibus rubris; vertice nigricante; dorſo & alis cinereis; ventre & cauda forcipata albis.

XII. Larvs Minor Niger; Meva nigra, *Schvvenk.* Larus niger *Gesn.* Hirundo marina minor; The leſſer Sea Cock Swallow, *Albin* II. 89. *Will.* **Schwartze Wewe; kleine schwartze See-Schwalbe; Mey-Vogel; Brandtvogel** *Baltn.* Sea-Crow. Hirundo ou Hirondella minima peruviana, cauda bicorni, *Feuillée* III. p. 33 huc pertinet. Non major eſt Turture.

XIII. Larvs Piscator, *Aldr. Gesn. Baltn. Will.* **Fischerlein; kleinste Mewe.** The leſſer Sea Swallow. *Albin* II. 98.

Gesnerus. Jonſton & *Baltnerus* hanc avem aliter atque aliter deſcripſerunt; vid. *VVillughbejum. Albinus* hanc feminam & præcedentem dicit eſſe marem. Anno 1746 d. 16 Aug. illarum duas necavi; inter ambas nullam offendi differentiam; utique minimus eſt Larus. Caput pedesque in collectione noſtra conſervavi; a vertice ad exitum caudæ æquabat 8″; cauda æquabilis eſt, non diviſa; Capitis ad cervicem usque & pone meatus auditorios nigricans vel terreus color; fronte obſolete alba; collo & toto corpore infero niveis; dorſo & alis e fuſco cinereis. Cauda 1″ longa, nigra; pedes valde humiles & admodum parvi e luteo obſoleto cinereſcunt.

XIV. Larvs Macvlatvs; *Marſil.* p. 94. t. 45. **Gefleckte Wewe.**

Roſtro non niſi ½″ longo. In vertice mitella ex anguſtis & nigricantibus plumis compoſita, reliquum capitis mentumque alba; guttur & pectus

pectus viridibus maculis; cæterum albæ & nigricantes alternant maculæ; remiges nigro fuscæ, apicibus albis; oculi nigri, iride alba; pedibus obsolete luteis. Fam. V. Gen. II.

XV. Larvs, Hirvndo Marina Minor Capite Albo. *Sloane* I. p. 31. t. 6. f. 2. The Noddy. Hirondelle marine à la tête blanche, *Catesby* p. 58. **Weißkopff.** Gen. I.

Fronte alba, color pedetentim decrescens evanescit in cervice; rostro nigro; reliquum corporis & pedes subnigra.

XVI. Larvs Minor, Capite Nigro, Rostro Rvbro. The Laughing Gull. La Mouette rieuse, *Catesby* p. 89. **Roht-Schnabel mit schwartzem Kopff.**

Pondere 8 ℥; capite fusco; albo circulo oculos ambiente; Remigum dimidia pars subnigro fusca; pedes nigri; cætera alba; cauda æquabili 2″.

XVII. Larvs Chlamyde Levcophaea, Alis Brevioribvs; Goilant. *Feuillée* III. p. 12.

Rostro ad radicem luteo, porro nigro; cervix genæque cinereæ albo mixtæ; Anterior colli pars cinerea cum ventre; remiges primores ferrugineæ, profunde luteo colore fimbriatæ, una cum pennis caudæ; pedes flavicantes. Ejus est vel varietas, vel mas sive fœmina: Larus torquatus chlamyde nigra & pedibus cinereis, *Feuillée* III. p. 14.

Conferantur cum præcedentibus, Lari apud *Feuilleum:*

Larus albo niger, Hirundinis cauda p. 268.

Larus minor menalocephalos. p. 410. &c.

XVIII. Larvs Piger, Cvnicvlaris. Puffinus, Puphinus sive Pupinus Anglorum the Puffin of the Isle of Man, *VVill. Caji.* **Pupin;** à voce.

Pedibus palmatis & rubescentibus; rostro sesquidigitum aut duos digitos longo, angusto nigro & quoad figuram Vanelli rostro nonnihil simili; postico digito parvo acuto; latitat in cavernis cuniculorum; mirum in modum saginat pullos. Sua habet *latitandi tempora* ut Cuculus & Hirundo, *Cajus.* Alis & cauda satis longis; quam citissime volans, non lanugine quadam, ut vult *Aldrovandus*, vestita avis.

Fam. V. Gen. II. Gens II.

§. LXXI.

GENS II.

PLOTVS SERRATOR. Säger. Stück-Säger. Säge-Schnäbler. Mandibulis productis & ferratis; a ferra ſimplici, vel in medio aſſeris applicanda: Stück-Sage. In fine mandibulæ ſuperioris, quaſi unguiculo incurvato donatus; unguibus acutis.

I. SERRATOR; *ſimplic.* Knyper; Kneiffer, *Scheff.* c. 30. Secundum autorem rariſſima avis.

Capite, collo & dorſo nigris; dimidiæ alæ in ſupera parte albæ, altera parte e nigro & albo variæ; pectore ventreque griſeis; roſtro rubro, mandibulis ſerratis; pedibus humilibus rubris. Plus ſimplici vice ad manus noſtras venit, una cum ſequenti, a quo tamen diverſus.

II. SERRATOR CIRRATVS. Merganſer *Aldr.* *VVill.* *Marſil.* p. 18. t. 37. Harle *Bellon.* The Cock Gooſander, *Albin* II. 101. Mergus longiroſter; *VVill.* tab. 64. ubi ſaltim caput exhibetur. Bergander, *Dale* p. 403. The Red Breaſted Gooſander, *Edwardi* II. p. 95. Mergus criſta dependente capite nigro cæruleſcente; collari albo, *Linn.* Gezopfter Kneiffer.

Pondere 4 ℔; ab extremo roſtro ad exitum caudæ 28″; toto capite cum gutture nigro, cirrato; torquem habet album unciam latum; pectus caſtanei coloris & ſquamatum; dorſo nigro, ventre albo; alis nigris ter ex albo lineatis transverſaliter; pedes roſtrumque rubent.

III. SERRATOR CVCVLLATVS. Anas criſtatus, Mergus; The round creſted Duck. Canard huppé, *Catesby* p. 94. Mohren-Mütz.

Roſtro in ambabus mandibulis acute ſerrato. Capite & collo nigris; cucullo ſuperne albo; facie dixeris æthiopum Regem avium. Pectore & ventre albis; dorſo nigro; parum albido in alis brevibus; dimidiæ remiges caudaque fuſcæ.

IV. SERRATOR MINIMVS; capite niveo, cervice genisque nigris, parum viridi translucente. Kleiner weisköpffiger Säger.

Hunc necatum die 18 Mart. 1747 nactus. Ab extremitate roſtri ad exitum caudæ 17″ gall. Toto corpore infero, a roſtro nigro, argenteo; dorſo nigro; remigibus ſubnigris; breviores pennæ & tectrices alarum belle ex albo & nigro variegatæ; ſub alis caudaque cinereſcens; pedibus plumbeis; ſub digito poſtico cuticula; unguibus acutis.

§. LXXII.

GENS III.

Fam. V. Gen. II. Gens III.

PLOTVS ANOMALOPES. MERGVS; Halb-Endte. Mergi *nobis* audiunt Tetradactylæ aves; tribus digitis anticis palmatis ſ. membrana conjunctis, poſtico ſimplici; pedibus extra hypomochlion corporis ano proximis, ut incedere nequeant, cum tamen Anates vacillando gradiantur; Longiroſtri, ſive Coniroſtri. Tamdiu ſub aqua non morantur; quam Colymbi, de quibus infra. Sic Mergi Semi-Anates ſunt. Taucher, non urinatores, ſub aquis natantes, Schwimmer; Capite, collo, roſtro & poſitione pedum ab Anate plane diverſi.

I. MERGVS MAXIMVS, Colymbus maximus, caudatus, *Albin* I. 82. Mergus maximus Farrenſis ſ. Arcticus, *Cluſ.* The greater Diver or Loom *VVill.* An Colymbus maximus ſtellatus, the greateſt ſpeckle Diver or Loom, *VVill.* t. LXII, Coly? quaſi ſtellulis albis in dorſo & alis.

Loom ſive *Lumme* ſignificat incedendo claudicare, ad incedendum inhabilis. *Schefferus* capite 30: quod talium avium tanta multitudo & diverſarum ſpecierum, ut earum paucis verbis mentio fieri nequeat; In ſpecie ibidem de Lumma *VVormii* loquitur, & ſub hoc nomine *omnes Mergos* (Halb-Endten) ſive Semianates intelligit, imo & omnes podicipedes comprehendere videtur, quando dicit: Es iſt dieſer Vogel nicht aus dem Geſchlecht der Endten, ſo aus dem Schnabel erhellet, der nicht breit ſondern ſpitzig iſt. Dieſes hat er beſonders an ſich, daß er nicht auf das Land kommet, ſondern entweder im Waſſer ſchimmet, oder flieget. Denn ob er zwar Füſſe hat, ſind ſolche doch ſehr kurtz gegen den Leib, und hinterwerts gebogen, alſo daß er zwar ſchwimmen, aber auf dem Lande nicht ſtehen noch fortlauffen kan. Et nihilominus tamen plerosque podicipedes *autores* nobis repræſentant ſtantes & quidem erectos prout homines; quæ effigies intellectum minus exercitatorum obtenebrant. De *Lummis* vide hiſtoriam naturalem apud Dn. *Anderſon* Nachrichten ꝛc. p. 175 ſqq.

II. MERGVS ARCTICVS *ſimplic.* Colymbus arcticus Lumme dictus, *VVorm. VVill.* Singularis Hirundinis aquaticæ exoticæ ſpecies, *Besleri* t. 16. *Lochn.* t. 8. The great Sea-Loon from New found-Hand, *Albin* III. 93. Colymbus pedibus palmatis indiviſis, *Linn.*

In Norvagia, Islandia & Lapponia frequens. Sæpiſſime nos in Pruſſia ſalutat. Lappones a cute detracta mitellas conſtruunt, quibus æſtate utuntur; alios uſus pellis vid. apud D. *Linnæum* Fauna Suec. no. 121.

Fam. V. Gen. II. Gens III. III. MERGVS ROSTRO NIGRO, CAPITE ET LATERIBVS COLLI PLVMBEIS, CERVICE ET LATERIBVS THORACIS NIGRIS LINEOLIS VARIEGATIS; GVLA CVM INFERIORI COLLO RVBRIS; INTERNIS DIGITIS LOBVS ANGVSTVS ADDITVS; Grœnlandicus. The Red-Throaded Ducker or Loon. *Edvvard* II. p. 97.

§. LXXIII.

GENS IV.

Gens IV. PLOTVS ANOMALOROSTER, pedibus tetradactylis, palmatis, elatis, postico simplici.

I. PLOTVS RECVRVIROSTER; Recurvirostra; Avosetta, *Gesn. Aldrov. Will. Dale; Marsil.* p. 72. t. 34. *Albin* I. 101. Spinzago d'acqua; Bevostocta *Jonston.* **Schabbel Schnabel.**

Pondere 9 ℥. 12. 3. Capite circulari; rostro reversæ falci vel acinaci, **kurtzem Säbel,** simili, nigro; ventre albo, prout & cauda, 3½'' longa; cætera alba & nigra; pedibus e cæruleo nigrescentibus; digitis tribus anticis conjunctis, postico brevi simplici; vocem edit Ortygometræ: Crek, Crek.

II. PLOTVS ROSTRO CONICO INAEQVALI. **Verkehrter Schnäbler.** Larus major, rostro inæquali; the Cut-Water, le Coupeur d'eau. *Catesby* p. 90.

Ex medio capite per collum, dorsum, alas, in caudam usque niger. Pedibus & dimidio rostro rubris, ante in rostro niger. Rostrum plane singulare & anomalon; nam inverso ordine solito naturæ aliarum avium, quibus plerumque superior mandibula inferiori longior, in hac ave superior mandibula inferiori ad duas uncias gallic. brevior est; Acies rostri validi, sunt cultellatæ; mandibulis canaliculatis; unde *Catesbejus* sic: The Bill, which is the characteristick note of this Bird, is a wunderlyck Work of nature &c.

§. LXXIV.

FAMILIA SEXTA.

Fam. VI. PLANCVS; TETRADACTYLVS; Omnibus digitis conjunctis palmipes.

I. PLANCVS GVLO; ονοκροταλον, Onocrotalus. Truo. *Schwenk.* Pelecanus *Bellon. Aldr. Will.* ab ὄνος, Asinus & κροταλον, crepitaculum, quod

quod collum in aquam immittens & ſpirans roſtri crepitu aſini ruditum imitatur. Avis gutturoſa ſtrumoſa. Alhautel i. e. ingluvies, *Arab.* Truo *Romæ; Bochart* II. L. II. c. 20. Onocrotalus ſ. Pelicanus *Marſil.* t. 35. Onocrotalus ſ. Pelicanus fuſcus, *Raj.* Alcatrates grandes de la Isla Eſpanola, de *Oviedo* XIV. c. 6. Grand Goſier, *Rochef.* du *Tertre*, *Labat*, *Sloane* p. 322. This ſeem'd to be the ſame, with the *vvhite* Pelican, only of a dark colour. Onocrotalus pedibus cæruleis & brevioribus, roſtro cochleato, *Feuillée* III. p. 257. **Krop-Gans; Schnee-Gans, Viel-Fraß; Ohn-Vogel,** *Schvvenck.* Albus, the Pelican Capitis bonæ ſpei, *Edvv.* II. p. 92. The Pelican of America; *Idem* p. 93. Fam. VI.

Varietates itaque ſunt Onocrotalus albus & fuſcus. Albus ab extremo roſtro ad ungues longitudinis eſt 60″, roſtrum 14″. Mandibula ſuperior lata & depreſſa, ut certo reſpectu a *Feuilleo* cochleata ſit dicta, ab inferiori, verſus caput furcata, mandibula dependet craſſa cutis luteſcens, ſaccumque ad gulam formans extenſa. Superior mandibula in exitu hamata. Collum nonnihil flavicat; dorſum nigricat; alæ caudaque cinereæ ſunt; cætera alba. *Marſilli* Tom. VI. Tabb. VI. VII. VIII caput ad naturalem magnitudinem ſaccumque, porro arteriam aſperam, œſophagum, ſtomachum & inteſtina 300″ longa cum duplicato inteſtino cœco, & oſſibus crurum fortiſſimis exhibuit. *Gesneri* Onocrotalus pependit 24 ℔ 12 ℥; *Aldrovandi* alter 18 ℔, alter 25 ℔. Miratus eſt *Faber*, cum ampliſſime diducto roſtro in vaſtam illam prolobi ſive ingluviei voraginem a viro magnæ ſtaturæ caput integrum condi videret - . Cum lingua careat, ſolius laringis organo abſonam illam rudenti Aſino ſimilem vocem edit, a quo ipſi nomen. *Varietates* ſunt Onocrotali *Edvvardi* africanus & americanus ſupra indigitati. Vivere dicuntur hæ aves 40 & 50 annos. In relationibus Berolinenſibus (**Warheit und Freyheit**) de anno 1741 No. CLII legi: *Liſſabon 19 Nov.* Die neulich aus der Bay aller Heiligen zurückgekommene Flotte brachte dem König unter anderen Seltenheiten auch einen Pelican mit, welcher wehrender Reiſe 235 Hüner verzehret hat. Davus ſum non Oedipus, ut ænigma de Pelicano Gallinaceos manducante ſolverem. Forte fuit Cuntur; forte Pelicanus, qui va en fumée. Anatomen Gulonis ſive Onocratali videſis *Mem. de l'Acad. des Scienc.* Tom. III. part. 3. p. 186.

II. Plancvs, Anser Bassanvs; The Soland Gooſe, *Will. Sibb. Albin* I. 86. **Baſſaner; Schottſche Gans.** Sula *Hoieri*, *Cluſ.* Anſer Baſſanus *Caji rar.* p. 89.

In

Fam. VI. In insula Basse vel potius in medio Edimburgi æstuario, hæ aves mira multitudine nidulantur. Alis expansis 72″; a terra propter prælongas alas, pedesque breves sese extollere in aërem non potentes; rostrum habent rectum longumque. Vere adveniunt, nec ante autumnum discedunt; non solum autem in insula *Bassa* sed & in *Alisa* & alis ex *Aedubibus* nidulantur; *Sibb.*

III. Plancvs Congener Anseri Bassano; Avis fluviatilis; The great *Boby*. Le grand Fou, *Catesby* p. 86. Anseri bassano congener fusca avis, *Sloane* p. 322. t. 271. an Fauve de *Rochef?* Fou *du Tertre*. Rabi horeodas, qui sienen la color de un negro, que tira a pardo ruizo, y el pecho & la caveza blanca en y el papo abutardo de Leonado; *Oviedo* XIV. cap. 1. This very near the same with the Bird call'd a Boby, is taken very often with them, and is darker coloured *Sloane*. **Grosser Dölpel.**

Statura corporis ut Anser. Capite & collo crassis; rostro valido fusco, anguloso; 6″ longo; alis expansis 6′. Oculis magnis nussatellinis; fusco corpore, interspersо albo colore; ventre albo; pedibus nigris. *Mandibula superior* duabus unciis a radice articulationem habet, ut duas uncias supra inferiorem, a parte ante, extolli possit; quod singulare quid est. *Catesbejus* non integram avem, sed solum caput cum collo pingi curavit; *sequentem* tamen totam exhibet; capite insuper ad naturalem magnitudinem adjecit; inquiens: This Bird so nearly resembles the Booby, that i thougt, the name of *great Booby* agreed best with it.

IV. Plancvs Morvs, *simplic.* The Boby; **Dölpel.** Le Fou *Catesby* p. 87. *Sloane* t. 6. f. 1.

Rostrum luteum & acute conicum; simili articulatione, prout præcedentis rostrum, donatum; minor Anfere; Sic ambas dixeris varietates; quippe & colores, secundum *Catesbejum*, in ambobus variant, magnitudo vero non semper constituit speciem. Pluribus vide autorem, & qua ratione avis piscivora, *Pirate* dicta, huic *Moro* pisces captos extrudere solita sit.

V. Plancvs Corvvs, lacustris, aquaticus, *Gesn.* Mergus magnus niger, *Nom.* Gulo, *Schvvenk.* The Cormant, Cormorant (Corvus vorans) *VVill.* Corvus aquaticus *Marsilli* t. 36. Phalacrocorax, a φαλακρὸς calvus, & κοραξ Corvus; The Shagg, *Cornab.* Corvus aquaticus, *Charlet.; Albin* III. 81. *Sibb;* in rupibus æstuarii *Forthæ* frequens. **See-Wasser-Rabe. Feucht-Ars. Schlucker.** vid. aves palmipedes tetradacty-

dactylas, digitis omnibus membranis connexis. *Catal. av. Petropol.* p. 403. Fam. VI.

Truncus ſuperior ſubniger, vel terrei coloris, pauco flavo mixti; pectore & ventre albicantibus; apices remigum cinerei coloris; roſtro longo, verſus exitum incurvo, unco acutiſſimo. Oculi ad angulum rictus proximi. Pedes unguesque nigri. E cranio occipitis naſcitur oſſiculum trium digitorum longitudine, quod tenue, latiusculum, ab ortu ſenſim in acutum mucronem gracileſcit, & muſculis colli implantatur, quale in nulla ave hactenus videre contigit; hæc *Schvvenkfeldius*. Docilis eſt ad piſcationem.

VI. Plancvs Corvvs Minor, aquaticus; Graculus palmipes: The Cocot; the Sea-Crow; the Shag; The Crane, *Will. Charl. Sibb.* Seekrähe, Seeheher.

Anatem vulgarem magnitudine parum ſuperat; roſtro recto, tereti; in exitu uncato; ſuperior pars nigra, inferior ſtraminei coloris; truncus ſuperne purpureus, inferne griſeus; ſub mento albus; nidulatur prout. Plancus V in arboribus; in Pruſſia quoque.

VII. Plancvs Tropicvs. Avis tropicorum. The Tropick Bird. *Will. Raj.* Tropic-Vogel.

Altitudine Anatis, roſtro rubro, 2'' longo, acuto & uncato; duabus lineis nigris a rictu ad cervicem usque; dorſo lineis transverſalibus nigris ſuper albo; ventre niveo; alis longis; pedibus nigris, cruribus albis. An, Larus leucomelanos cauda longiſſima, bipenni, *Feuillei* III. p. 116? L'oiſeau des tropiques; roſtro pedibusque rubris, *Catesbeji* app. p. 14? I find that Sort of Birds, with all the four VIII. Toes webbed tagether, Such as are the Cormorant and Soland-Gooſe; *Rajus ad Liſt.* philoſ. lett. p. 129.

VIII. Plancvs Brasiliensis, Anhinga vocatus; Tupin ambu, *Marggr.*

Magnitudine 7mo par; roſtro acuto, recto, valido 3'' longo; ad medietatem usque ſerrato; capite parvo anguino; oculis nigris in circulo aureo; collo gracili, longo; trunco ſeptem unciarum; cruribus brevibus; digitis omnibus conjunctis; cauda lata; roſtro cinereo; corpore plumis mollibus albis inferne; dorſo nigro maculis ſtramineis; poſtica parte trunci niger.

Fam. VII.

§. LXXV.

FAMILIA SEPTIMA.

PLAVTVS; TRIDACTYLVS; Palmipes; digito nullo postico.

Prout Familia III pedes habet tridactylos, digitis simplicibus vel divisis, nullo postico; sic inter palmatos hæc familia habet pedes tridactylos forti membrana conjunctos, nullo postico. Aves hujus familiæ corpore sunt quasi ovato.

I. PLAVTVS COLVMBARIVS. Columbus grœnlandicus. **Die Taube.** The Cock Grœnlands Dove. *Albin* II. 80. Columba grœnlandica, Turturelle de mer; the Grœnland Dove or Sea-Turttle, *Sibb.* in insula Bassa, *Albin* I. 85; *VVill.* p. 245. Duyf *Martensii;* the spotted Grœnlands Dove *Edward* I. p. 50.

Mas niger; rostro e nigro cæruleſcente; oculis nigris in flavo annulo; rectricibus albis e cinereo squamatis; Fœminæ venter a thorace albus & cinereus; tectrices nigræ prout dorsum integrum, collum caputque per puncta alba quasi per squamas varia; remigibus dimidiis fuscis, nigro fimbriatis; Maris pedes rubri, fœminæ grisei. Dicuntur hyeme colores mutare. Duobus saltim ovis, prout Columbæ incubant; occurrunt & in littoribus Scotiæ & Walliæ; vid. *Edvvardi* small black and white Divers II. p. 91.

II. PLAVTVS ROSTRO LARINO. Lomvia *Clus.;* **Mewen-Schnabel.** The Guille mot, or Sea-Hen; *Albin* I. 84. A Skout, a Kiddow, *VVill.*

Corpore, ut fere omnium, ovato; Capite, collo, dorso pedibusque ex atro fuscis; Truncus inferne albus; cauda vix 2'' longa; Rostro Lari simili, nigro, ad radicem mandibulæ superioris linea flava; cujus color variare solet. *Guillem* significat avem, cui facile imponi potest; omnes autem aves hujus familiæ valde stolidæ sunt.

III. PLAVTVS ARCTICVS. Anas arctica *Clus.* Pica marina vel Fratercula *Gesn. Aldr.* Lunda *VVorm.* Prestholm, Guldenhead; Bottle nose, Helegua, Coulterneb, *Albin* II. 78. 79. Passagey-Duycker, *Mart.* **Weisback. Buttelnase.**

Albinus perperam huic avi tribuit digitum posticum. Magnitudine est Anatis; rostrum habet breve, triangulare, ad radicem cute dura, ut Psittaci grisea vel subflava; ad exitum rubrum, ter canaliculatum; oculis flavis.

flavis. Nonnullarum pedes vel flavicant, vel rutilant; male erectæ apparent, cum podicipedes ſint. Caret poſtico digito, ut *Cluſ. Worm. Will.* recte monent; Genæ vel latera capitis tota alba, ovata; trunci ſuperior pars nigra; thorax & venter albi; alæ parvæ; cauda 2'' longa, nigra. Ex Anglia migratoria avis. Fam. VII

IV. Plavtvs Pingvis, quarto digito ſpurio; Pinguin, Ponguin. Anſer magellanicus, *Cluſ. Worm. Zorgdrag.* p. 459. Pingui, *Pyrard* I. II. **Fettgans**, *VVorm.* fig. p. 301 optima.

Pinguin quod valde pingueſcit; vid. tamen infra *de Laet* cit. Rictum habet ingentem, roſtrum longum, ante incurvum, in inferiori mandibula eminentiam; ante oculos maculam albam; in collo torquem album; Capite & dorſo plumis holoſericis nigris; ventre albo; breves ferens alas coriaceas, quaſi duo brachia, dependentes, anguſtis & ſetaceis pennulis obſitas. Cuniculos ad littora facit, in quibus habitat. Haud procul ab inſula *Anubone*, in alia inſula deſerta Dn. *Pyrardus* harum avium multitudinem offendit, ut pedem promovere non potuerit, quin nidos earum ſupplantaret. Ejusmodi aves etiam in nova Francia invenit *de Laet;* & Dn. *Candiſh* anno 1586 in inſula Deſire: Sy hebben holen in de Aerde, daar ſy broegen, gelyk de Conynen hebben, want ſy konnen niet vliegen; ſy en hebben geen pluymen als d'onſe op haer vleugels, ende ſy geneeten haer by de Viſh in de Zee, ende broegen aen lande, wy *noemden* de Voghels *Penguins*, dat is *VVithoofden.* Sic de *Laet* primus nomen ipſis impoſuit. In inſula ſinus Quritero americana quoque inveniuntur; vid. *Hendr. Brocok* p. 73. *Frezier* I. p. 141. dans l'Isle Quriquine plus gros qu' une Oye &c. - aliæ ſpecies apud *Edward* I. 48 roſtro pedibusque rubris, *quarto digito ſpurio ad latus intimi* & II. p. 94. The black footed Penguins, pedibus nigris, ſimili digito ſpurio, roſtro differente; roſtra vid. *ibid.* p. 94 ad naturalem magnitudinem picta.

V. Plavtvs Tonsor; Alka *Cluſ. VVorm.* The Razor Bill; The Ruck; the Murre, *Angl.* **Scheermeſſer Schnäbler**; *VVill.* an Mergus *Bellon.*, *Aldrov.* p. 240? The Auck Scout, *Sibb.* in inſula Baſſa; vid. *Albin* III. 95.

Dimidio minor *Pinguino;* truncus ſuperne niger; corpus inferne ad dimidium usque colli album; ad gulam purpuraſcit; apices remigum albæ; roſtrum nigrum 2'' longum, utrinque compreſſum; ſupera mandibula ad exitum inflexa. Convenit cum Mergo cretenſi *Bellonii;* qui

Fam. VII. in eo erravit, quod hæc avis unica ſit inter palmipedes, quæ poſtico digito careat.

VI. PLAVTVS SENATOR, *Martenſ.* Raedshaer. Rahts-Herr. Prima autoris inter tridactylos palmipedes; plura de omnibus Parte III.

VII. PLAVTVS PRAECONSVL; Burgermeeſter *Mart.* in ordine V. Nomina ab autore avibus impoſita conſervavimus, ne LECTOREM ancipitem redderemus.

VIII. LOMBEN, in ordine III *Martenſ.*

IX. LARVS KVVTGE-GEF, a voce ſic dicta, in ordine IV *Martenſ.*

X. PLAVTVS STERCORARIVS. Stront jager; Schyt Valck; VII in ordine.

XI. ROTTGE, of Rottettetje, in ordine VI avis.

XII. PLAVTVS MINIMVS, PROCELLARIVS. Storm Waeders Vogel, *Linn;* fig. Tab. II. no. 249. Kleiner ſchwartzer Sturm-Vogel; Stormfinck, the Petrell, *Albin* III. 92. Sturm-Mewe. Larus minimus, naribus tubulatis. Le Piſon de mer ou de tempête; *Feuillei.*

Alæ $1\frac{1}{2}''$ caudam excedunt; in medio roſtri tuberculus, in quo nares; loco digiti poſtici, non niſi exiguum unguem habet; totus niger, uropygio albo.

XIII. PLAVTVS ALBATRVS; The Albatroſs, *Edw.* II. p. 88 cujus roſtrum communicavit *Albin* III. 76, confundens hanc avem cum alia: *Men of War* dicta. Illa Capitis bonæ ſpei eſt. *Albini* Frigate Bird videtur *Edwardi* the Man of War.

XIV. PLAVTVS ALBATROSS SPVRIVS MAJOR; niger totus; roſtro flavo, calcaneo ſpurio, *Edw.* II. p. 89, The great black Peterill; - minor e nigro & albo varius; - minimus, *Idem* II. p. 90, the white and black ſpotted Peterill, and the little Peteril.

§. LXXVI.

Fam. VIII.

FAMILIA OCTAVA.

DACTYLOBVS; TETRADACTYLVS, digitis lobatis

ſive

DICROATVS; digitis utrinque fimbriatis, plerumque & poſtico.

Omnium roſtra recta. Quarum ungues lati proprie COLYMBI vel Urina-

Urinatores ſunt *podicipedes;* nam κολυμβᾶν latinis eſt urinari, urinare aut inurinare, i. e. aquæ ſe immergere, ſub aqua natare, & poſt temporis notabile ſpatium rurſus emergere. Sic *Plinius* XI. 37: Eadem eſt cauſa, quin ſub aqua diu Ranæ & Phocæ urinentur. Eſt itaque Urinator, qui diu ſub aqua natat, & diſtinguitur a *Mergo*, qui ad prædam prævisam in aquis capiendam ſe ſubmergit, mox cum præda emergens. Alias græci urinatorem ἀρευτήρα vocant, ſi de avibus ſermo non eſt. Reliquæ ſemicirculis lobatæ in digitis utrinque, ſcilicet FVLICA & ſub aqua natant & radere poſſunt aquam. Fam. VIII.

§. LXXVII.

Dactyloborum ſive Dicroatorum.

A. COLYMBVS.

I. COLYMBVS ALBVS, MAJOR, CRISTATVS, *Aldrov.* Colymbus criſtatus, Creſte plongeon; an, the creſted Loon or Diver. *Albin* I. 81? Admiranda avis, Cucullatæ aquaticæ ſpecies; *Besl.* t. 17. *Lochn.* t. 8. **Bekapter und gehornter Taucher.** The Eared Dobchick, *Edw.* II. p. 96. *Aldrovandi* deſcriptio cum *Besleri*, quæ ſequitur, ſatis convenit: „Animal hocce caput monſtroſum in aquis natare ex decubitu naturali conjicere licet. Coma, quam in fronte cernis, (*quam ut duo cornua erigere poteſt*) ferruginei coloris; ex parte maxillarum plumæ flaveſcentes repullulant, quæ in extremitate nigriores factæ, circulum egregie repræſentant; collum cum ventre albicat; dorſum cum alis cineritii eſt coloris; extremitas tandem in albas definit plumas; pedes cum *adnatis membranulis* ſemicirculis diſtinctis albicant, ubi in quolibet pede unum tantum unguem animadvertere licet.„ Scilicet in medio digito, ſi recte animadvertit, unguem latum; vide *Edwardi* deſcriptionem.

II. COLYMBVS MAJOR CRISTATVS, *Marſilli* t. 38. Mergus major, Urinatrix major; **Ein Teucher; groſſer Kobel-Zeucher; Straus-Zaucher; Merch;** *Schwenk.*

Marſilli ex *Aldrovando* majoris criſtati deſcriptionem avi ſuæ impoſuit, quem *VVillughb.* Leporem aquaticum ſeu Columbam criſtatum mexicanum *Nierembergii* eſſe contendit; Cucullam quidem in marſilliana figura obſervo, quam tamen in criſtam vertere nequeo; ſi figura accurata, eſt avis diverſa a Colymbo I. *Schwenk.* hæc habet: „Criſtatæ plumæ circa verticem & collum ſupremum eminent - cura juxta alvum fere retrorſum porriguntur - natationi potius, quam ingreſſui apta, femoribus

Fam. VIII. in ventre conditis.„ Quod autem podicipedes ſtantes exhibeantur & erectæ, prout homo incedant, ſæpius jam queſti ſumus, cum ſecundum *Aldrovandi* querelam: avium aquaticarum ſcientia denſiſſimis ſatis tenebris obruta ſit. Melius pinxit *VVormius* avem Lumme dictam; inſuper a veritate alienum eſt, Colymbum II amplos longosque habere ungues, ut videre licet in figura *marſilliana.*

III. Colymbvs Major *Aldrov.* Fiſonelle *Ital.* De greater Loon or Arsfoot, Diver, *VVill.* **Schlichtköpffiger groſſer Taucher;** capite ſimplici.

Roſtro nigro, utrinque plano; pedes divaricati & ultra caudam extenſi; digiti lati; *membranis utrinque* appenſis *aucti*, *non tamen connexi.*

IV. Colymbvs Minor; Mergulus, Mergus minor niger; Mergulus niger major; Colymbus minor, *Schwenk.* Colymbus ſive podicipes minor; A Didapſer or Dipper, or Dob-Chick or Doocker: alſo a ſmall Looner; Arsfoot, *VVill.* Colymbus minor, the Dob Chieg, *Albin* II. 76. Colymbus ſive Podicipes minor, *Marſilli* t. 39. Colymbus minor, *Bell.* vel ſaltim ſimillima avis, *Aldrov.* The Didapper, *Sloane* p. 322. **Schwartz Teucherlein; Dach-Endtlein; Käfer-Endte.** An the black and white Dobchick *Edward* II. p. 96? roſtro acuto?

Capite, collo, dorſo nigris; ventre albo; ad latera capitis, colli & in pedibus ferruginei coloris; roſtro nigro; digitus poſticus utrinque lobatus, membrana ſimplici. Apud *Aldrov.* Colymbi minoris aliud genus, cujus roſtrum nonnihil incurvum, cujusque plumæ ſeriaceæ & coloris caſtanei; nobis etiam notus.

V. Colymbvs Fvscvs; **Braun Teucherlein.** Podicipes minor, roſtro vario. The Pied-Bill, Dop Chick. La Foulgue à bec varié. *Catesby* p. 91. Pondere ½ ℔; oculis magnis intra circulum album; ad gulam macula nigra, nigraque zona in medio roſtro, ubi ſunt nares; ad radicem inferioris mandibulæ pariter macula nigra. Trunco & reliquo corpore fuſco.

VI. Colymbvs Maximvs. The great Sea-Loon or Diver, *VVill.* **Bunt-Flügel.** Roſtro rubro, in exitu albo; a capite ſuper collum caſtaneus; in alis fuſcis duæ lineæ albæ; genæ & inferior pars corporis argenteæ; pondere 3 ℔ 4 ℥.

B. FVLICA; **Blashan;** vulgo **Waſſerhun,** & aliter.

I. Fvlica Recentiorvm; Gallina aquatica; Gallina arundinum. Follega, Follata; Mergus niger, *Schwenk.* Mergi genus, *Idem.* Fulida, the

the Coot, *VVill.* The Bald Coot; *Albin* I. 83. Fulica, a fuligineo colore; Pullus aquaticus, *Charl.* Mergus niger, *Albert.* Fulica *Marsil.* t. 33. Fam. VIII. **Rohr-Han. Rohr-Henne. Wasser-Hun. Pfaffe.** φαλαροκόραξ **Schwartz Blashun** (φάλον, splendidum, κόραξ **Rabe**).

Pondere 24 ℥. Membranæ digitorum in figura *marsilliana* nimis angustæ, cum latissimæ sint; rostro valido, acuto, albo. Digitus posticus fimbriatus simplici membrana. In rostro calvities. *Robergius* in costis hujus avis singularitatem observavit; nam duplices sunt osseæque propagines cruciatim transeunt.

II. Fulica Major *Bellonii*, *Aldr.* Macroule *Gall.* vel. Diable de mer; *VVill.* **Meer-Wasser-Teuffel;** vid. Anas minor, niger *Raj.* The Scoter or Macrele, *Dale.* Major Ima; calvitie ampliori; coracini coloris lucidi. Ambæ potius sunt varietates.

III. Fulica Fusca, Rostro Tenui. The Cood-Footed Tringa; *Edward* p. 46. **Braunes dünschnäblich Wasser-Hun.** Superior mandibula in exitu parum incurva; Collo quadantenus carnei coloris; superne caput cinereum; inferne corpus album, superne fuscum; in alis macula alba; pedibus cærulescentibus; ex freto Hudsoni.

Ad Colymbos adhuc referantur: *Charletoni* Anas quædam Anate paulo major, mergendo victum quærens; agri Cestrensis, ubi frequens est, ab incolis Gargoas dicta. Est ex Mergorum genere - semper in lacubus - natando & urinando versatur; ubi etiam quiescit, rarissime ripas accedens, volans nunquam (forte raro vel noctu). Ralli non sunt hujus loci, de quibus supra; ad aves enim pertinent aquam radentes, non in & sub aquis natantes. Porro, ad Colymbos: Mergus americanus pullus, *Seba* II. p. 15. t. 12. n. 6. **Gestreifftes Zeucherlein.**

§. LXXVIII.

Sic absolvimus Familias omnes avium, quas monstrante natura excitare & in lucem provocare integrum nobis fuit, ut ordinatim ante appareant, quam ad specialem singularum historiam naturalem conscribendam nos accingamus. Plura genera nondum satis cognita habemus, quod multa, proh dolor, apud *autores* fallunt, quædam desiderantur, posteris relinquenda. Antiqui & recentiores ad id attenti ordines varios quidem, sed plurimum inordinatos elegerunt, quibus superstruxerunt volucrum historiam. Alii hanc causam nimis arduam judicantes, aliqualem ex Abecedario ordinem sumpserunt. Optimi: *VVillughbejus* & *Rajus* strenue desudarunt in concinnandis & ordine & historia avium naturali;

turali; ſed dubii fuiſſe videntur, quam potiſſimum capeſſerent viam. A *roſtro* & *unguibus* docere modum & ordinem rerum cupientes mox in devia & diverticula e via diſceſſerunt, avesque a *loco*, a *victu*, a corporis *magnitudine*, imo a *virtutibus* vel *vitiis*, in terreſtres, aquaticas, in carni - frugi - inſecti - voras, in maximas, medias, minores, minimas, in generoſas, ignavas, & quæ porro, diſtinguentes; quæ quidem ſingula ad abſolutam vel phyſicam vel moralem avium hiſtoriam utique pertinent, ordinem vero naturalem i. e. quod tota natura ſimplicitate delectatur, ſimpliciſſimum, certiſſimum, & amabiliſſimum nunquam perficient. Caneſcit rerum omnium natura, nec dum mutata, nec mutetur in ævum. Finge Muſeum tuum momento transformatum in Vivarium vel Aviarium, aligeris adimpletum, quæ animalia in certas ſtationes ſeparare animus tibi; quem ordinem, quæſo, eligendum præſumas? lacerares aves? de plumares? in poros, in cutes, in viſcera, in glottides, in crania, in ovaria, in plura interanea inquireres? minime! Si projeceris levi exercitui omnia genera *obſoniorum* junctim collecta; me hercle, quanta confuſio! *Milvi* ſe immiſcerent *Ardeis*, *Colymbis*; Paſſeres Falconibus, Perdices Ululis, Scolopaces Corvis &c. - Nihil tibi ſupererit, niſi facies externa. Hæc omnino ſufficit, ut facili manu omnes ab invicem ſeparares, & in certos ordines ire juberes; *reſtituto* tuo Muſeo ad ſingularum hiſtoriam concinnandam paratus. In melius ſane laborant *Catesbejus*, *Edwardus*, plures recentiorum, qui aves ſibi obvias non ſolum bene pingunt multas, ſed & bene deſcribunt ſingulas, de ordine non adeo ſolliciti, usque dum plurimæ ſucceſſu temporis fuerint congregatæ; qui enim non arroganter de ſe nec valde humiliter judicant, ingenue fatebuntur, abſolvendam avium hiſtoriam non eſſe trium dierum nec tot annorum, nedum unius viri docti. In præſentia rerum ſufficere poteſt, glaciem ſcindere per ſecula induratam, viamque munire, ne pedibus lubricantibus perlabamur. Non deerunt rerum gnari, qui, probata rei veritate, rem ipſam conficiant. Multum ſolatii nobis fuiſſet, ſi ante ad manus noſtras veniſſent avium deſcriptiones in *Fauna Suecica* doctiſſimi *Linnæi*, quam anno 1745 ordinem hunc abſolverimus, interim mihi commendatiſſimas habeo illas, & commendatas cupio, ubi juxta nonnullas alitum deſcriptiones hallucinatus ſum; etſi, circa quarundam characteres, perpauca, me indicente, ad frugem perducenda obveniant.

§. LXXIX.

§. LXXIX.

Ut autem ordinem, quem elegi, mihi & commilitonibus familiarem redderem, ex ampla comportatione avium undique locorum crania pedesque ſingularum conſervavi balſamo inuncta; quæ ſecundum familias & genera in aſſulis tiliaceis, 2′ longis 4″ latis, confixi aciculis, ut & oculis & mente legi poſſit ordo illarum naturalis.

Multas, prout alibi monui, ſicco pede præterivi, ob varias rationes; e. gr. apud *Feuilleum* III. p. 20: Pſittacum flammeum, viridem & cinereum roſtro ſerrato; - p. 98. Fol vel Fibrum marinum roſtro acutiſſimo; adunco ſerrato; p. 116. Fregatte vel Vulturem marinum leucocephalum (conf. *Albin* III. 42. The Fregatte Bird, qui huic avi, neſcio unde, Pici vel Pſittaci pedes adſcripſit, & *Labat* de l'amer. VI) p. 125. Corniculam americanam nigram aut fuſcam - p. 240. Muſicien ou Erithacum e cinereo nigrum - p. 285. Gallinulam ſylveſtrem cauda longiori - p. 287. Heron vel Calydrim leucophæam - p. 288. Gallinulam paluſtrem - p. 289. Hæmantopum marinum - p. 386. Paſſerem maculoſum - p. 391. Mergum majorem leucophæum - p. 392. Fulicam variam calyptratam - p. 393. Anatem variam criſtatam - p. 408. Picam artillanam - p. 410. Pluvialem, miniatis cruribus - p. 408. Perdicem, vel Turturem rubeum, cruribus & oculis corallinis - p. 413. Eritachum ſ. Chloridem Eritachoidem. Quæ nomina & cognomina impropria, & indigeſta; quarum quoque deſcriptiones multum mancæ. Similiter apud alios autores varias inprimis aquaticas, & mirabiles, præternavigavimus aves; quas examinandas *poſteri* capiant.

§. LXXX.

Modo ad Partem III nos accingamus, ubi de Avibus vel errantibus vel migratoriis & de hybernaculis plurimarum. Quantum in nobis eſt, operam dabimus, ut pari attentione & ſolertia nonnullarum naturam cominus adumbremus; pleniorem cognitionem denuo poſteris commendantes.

Jerem. VIII. 7.

Milvus cœlo cognovit tempus ſuum; Turtur & Hirundo & Ciconia cuſtodierunt tempus adventus ſui.

III.

QVAENAM AVES ERRATICAE, QVAE MIGRATORIAE?

DENIQVE

VBINAM NONNVLLAE, IN SPECIE HIRVNDINES ET CICONIAE HYBERNENT?

§. I.

Ejusmodi rogatiunculæ leviſſimi momenti eſſe videntur. Satis ponderoſæ deprehenduntur quæſtiones, ſi quis probabilem reſolutionem; valde arduæ, ſi exploratam rei veritatem poſtularet. Multi nimiam ſibi fidem habent, hoc vel repente affirmantes, vel illud abſolute negantes. Juxta præſentes disquiſitiones neque Cardeliones ſimus, nec negligentes, nedum nimis creduli aut ſuperſtitioſi. Præjudicia & autoritates maneant ſuis autoribus, ſive antiquis ſive modernis, quos omni, quo nos decet cultu & modeſtia proſequendos nobis imperamus; contradicentibus veniam poſtulamus; nec vehementer apprehendamus nonnullas obſervationes intra anguſtos quosdam terminos, ad quadruplas mundi plagas vix ac ne vix quidem applicandas. Relationes demum hiſtoricas majoris momenti perpendere & decenter dijudicare liceat, e. gr. Quod aves *in navigiis* conſidentes *migratoriæ* ſint in longinquas & transmarinas mundi plagas a); quod *Alaudæ* e calidis regionibus ad domicilia ſua plus minus temperata verno tempore redeuntes ſaginam contraxerint b); quod corpora viva, hyeme ſevera, conſtipentur in glaciem ſub aqua, fundo fluidi ſatis alto c); quod ab æſtuariis Hirundines ad ſeptentrionem revertentes, ingruente gelu, ſalutem in arundinetis quærant; & quæ plura.

a) *Sloane* I. p. 51. T' is very ordinary for Land-Birds thus to be driven off to Sea, and to light on Ships, being lean and waaried on the Wing. Ipſe Dn. *autor* 40 mill. procul a terra in nave habuit *Alaudam* (*ibid.*) & 100 mill. a Madera (p. 22.) *Sperberum* triſtis figurae; cum e contra *Lari* (p. 27.) gregatim ab inſula Barbadenſi mare ultra 200 mill. frequentant interdiu, nec tamen migratoriae aves ſunt, quod circa veſperam rurſus littora petunt. Illae, quae Bobies & Noddies vocantur,

tur, congeneres Anſeri Baſſano (*Ordo* §. 74.) ſtupidaeque aves haud raro, mari inprimis inflato, in naves adſcendunt, *p. 31.* Sic & *Martenſius* c. 2. Varias aves, imo *Paſſeres* & *Cornicem* nigram in nave coluit advenas. Ejusmodi aves profligatae tandem intereunt volatu fameque oppreſſae, quod reditum ignorant. Conferatur *du Tertre* II. p. 55: Si tôt, que l'on approche des terres de l'Europe, l'on commence de voir des Oiſeaux de proye, des Aluettes, des Chardonnerets &c. qui, étans emportées par les vents, perdent la vûe des terres, & ſont contraints, de ſe venir percher ſur les mats & ſur les Cordages des Navires. Unde colligere licet, *Bellonium* S. O. Lib. I. c. 9. p. 21. de avibus ad inſulas Zante & Morea, in nave conſeſſis, nec non, p. 202, de Falcone ſacro & de alia ave, magnitudine Gallinaceum aequante, tanquam de avibus migratoriis (oyſeaux paſſagers) ſiniſtrum tuliſſe judicium. De Coturnicibus, quas idem *autor* in navigio ſuo cepit, *infra* dicemus, non obſtantibus aliorum ſententiis, inter quos della *Valle* I. 91 cum *Bellonio* facit; hic inſuper Lib. II c. 17 pro certo affirmat, *omnes* propemodum *aves* maria transvolare, exceptis paucis, quarum naturae convenit, in ſolo nativo, ſive ſit calidum, ſive frigidum, hibernare. Neque Morinellum *Catesbeji* p. 72 migratoriam avem dixerim, quod in itinere capta; idem de Ulula, in Praefat. *Catesbeji* p. VII, de Sperbero & nonnullis Hirundinibus, ſub gradu 26 boreali inter Africam & Americam 600 circiter mill. a ſe invicem diſſitas, in nave captis dicendum. Dn. Comes *Marſillius* referente D. *Quincy memoir. ſur ſa vie* II Part. p. 146. ſqq. autores ſequi tur, qui aves migrare volunt. „Nous eumes pendant notre trajet de la mediterra„née le divertiſſement du paſſage des Oiſeaux des Païs Septentrionaux de l'Europe aux „meridionaux de l'Afrique, nous les voyions ſouvent venir reprendre haleine ſur „nos arbres, nos antennes, nos mats, nos cordages &c. & ſe familiariſer avec nos gens.„ - Inter alias aves in nave conſederunt *Sturnus*, *Alauda* & *Hirundines;* addit illuſtris autor, breviſſimam viam ſequi ejusmodi aves migratorias, per iſthmos ſcilicet, per promontoria, peninſulas inſulasque, - *s' il y en a, & enfin de ſe venir percher ſur les Equipages* - & *porro:* - „Nous apprenons des Naturaliſtes, „que pluſieurs d'entre eux *portent au bec un feſtu de paille* ou *un brin de bois* „*leger*, qu' ils le poſent doucement ſur la *ſuperficie de l'eau*, & que n'appuiant „„deſſus que l'un des deux piés, l'autre étant en l'air avec une de leurs ailes deployée „au vent, ils ſe ſoutiennent pendant un tems ſuffiſant pour reprendre halaine, „jusqu' à une autre ſtation - Sed ingenue profiteor, me in praeſens aberrare a ſententia Dn. Autoris, magni nominis magnaeque ſamae; vid. *infra* §. IV. not. f.

b) Cum *Willughbejo* p. 149 potius ſentimus; Alaudam hyeme minus rigida mirifice pingueſcere; quod infra patebit.

c) Quod ranis, teſtaceis, aliisque animalibus aquaticis, hyeme in fundo tranquillis, toties quoties jacturam vitae minaretur.

§. II.

Nec ex volatu ſemper augurare licet, quid verum ſit circa avium naturam; & aliorum peritiam & noſtros uſus vel grano ſalis experiamur, ut veritatem exinde derivemus; caſus quoque in hiſtoria naturali rite obſervari debent, ne inconſiderate pro legibus naturæ habeamus, & in præjudicia illabamur, in omnibus ſcientiis pernicioſa; ſi e. gr. nobis perſuadere velimus, dari in aquis Pruſſiæ Truttas d), toto corpore, extre-

mo ventre excepto, crebris ac diversis characteribus & lituris cinnabarinis fuscisque vario &c. - quod ejusmodi piscis anno 1661 d. 14 Jan. sub glacie in *Motlavia* non procul ab horto nostro apprehensus est, qui præcipue in Helvetia frequens, & forte fortuito in Rhenum descensus, inque mare occidentale, prout Salmones faciunt, sese præcipitatus juxta littora iter fecit, tandemque per fretum Codanum in mare balticum, in Vistulam & tandem in Motlaviam penetravit. Vel si somniaremus, Vistulam inter Acipenseres & Sterletum alere, sicubi ejusmodi piscis casu ex Wolga flumine ad nos fuerit delatus; temere crederemus littorique loqueremur, quod Gari specie condita ova optima hujus piscis (Caviar) gustare liceat nobis; Sic & incassum verba faceremus de *Scombris* e), aliquando littora nostra salutantibus per multitudines quidem, de *Balænis*, *Xiphiis*, *Serrisque* naufragis, acsi societates in mari baltico iniverint. Nec aves desunt, quas casus varii ad nos pellunt. Anno 1661 d. 21 Aprilis in fundo olivensi (zur Saspe) & bonis avibus altera mense Decembri 1747 ex simili fundo (von Zoppott) Alauda *Catesbeji* (ord. av. §. 31) capta, sine dubio vi tempestatum ex America plus ultra Norvegiam & in nostram tandem regionem deportatæ; quarum ultima, dum hæc scribuntur, mense Martio 1748 bene adhuc in cavea valet.

d) Missu V. Fasc. IX. §. XI. n. 2. t. 5. f. 2.

e) - Fasc. VIII. §. VI. t. 5. f. 1.

§. III.

Cum autem mentionem fecimus avium erraticarum, quasi tellurem linientium, Streich-Vögel, quæ regionibus nostris se avertentes per circulum stationes suas rursus occupant, nec non avium migratoriarum, scire intererit, quid valeant hæc nomina, quoties in subsequentibus occurrant; Erraticas dicimus aves, quæ quidem quotannis verno & æstivo tempore nobis sunt familiares, multiplicantes genera sua, appropinquante autem hyeme gregatim concurrunt, loca nativa ob defectum victus derelinquunt, prata, dumeta, campos viasque publicas turmatim peragrantes, quasi loco ad alium mendicantes, & in itinere cum aliis sui generis sese conjungentes; sic aliquando regionibus nostris plane se subtrahunt, sive in conspectu nostro, sive clancularia modo; pari ratione absoluto circulo revertentes domicilia sua rursus occupant. Tales aves & aucupes *erraticas* vocant, Streich-Vögel, e. g. *Fringillas*, *Acanthides*, *Alaudas* &c. quæ tellurem linire dicuntur ubique locorum, vel in viis publi-

publicis vel in campis vel ad oras ſylvarum vel juxta fimeta quaſi in errore verſantur, die ſo zu ſagen ſich am Erdboden ſtreichen, & ubique in peregrinatione turmatim in areis capiuntur. Nonnullæ extra limites patriæ non graſſantur, tellurem, dumeta ſylvasque linientes. Qua plurimas experientia communis deficit; hanc ſi nonnulli comparatam ſibi habent, nec temere rejiciamus, nec nimis liberaliter, aut cœco impetu, tanquam indubitatam ubique locorum veritatem, adoptemus. Migratorias e contra aves vocamus, quæ vel aliunde, ad inſtar examinum apium aut numeroſi exercitus, ad nos veniunt, ſive primo ſive ſerotino autumni tempore ultra regionem noſtram migrantes; vel quæ apud nos æſtivant, multiplicantes genera ſua, & verſus autumnum aut hyemem gregatim vel avolant, vel elementum mutant, appropinquante autem vere e locis, ubi hybernarunt, ad nos & in conſpectum noſtrum redeunt; quarum nonnullas in aëre audire quidem, non cernere, licet. Harum non ſolum campeſtres, ſed & ſylvaticæ & aquaticæ ſunt. Aquaticæ nobis audiunt partim aves palmipedes & natatiles, partim digitis diſtinctis, ad littora vel in locis paludoſis pratisque uliginoſis piſciculos, teſtacea, ranas & quæcunque inſecta vel reptilia vel volitantia in victum capientes. Sic ultro tertius ordo avium, quæ nec aberrant, nec transmigrant, verum per quatuor anni tempora in ſylvis, campis, fluviis & juxta domicilia noſtra nobis familiares. Raræ aves caſu noſtras regiones ſalutant, plerumque tempeſtate, vel ex inſtinctu naturæ, a nobis non determinando, ad nos delatæ.

§. IV.

Adhuc præmonendum eſſe duximus, quod prout Quadrupedia orbis quadripartiti terminos terrarum, in quibus prognata, non transgrediuntur f) ſic magna probabilitate nitatur, aves alterius mundi partis indigenas extra limites non divagari; nec obſtat, quod forte quædam, e. gr. ex Aſia in Europa fuerint obſervatæ, vel vice verſa. Tales enim vel ſimultaneum habent domicilium & ubique natale ſolum, vel ſunt vagæ aves aquaticæ aut erraticæ; Aves vero mere terreſtres neceſſitas non urget, oceanum aut archipelagum, præter iſthmos, inſulas ſinusque transvolare g); imo plurimæ avium natatilium europæarum h) vel intra fines morantur, vel non niſi juxta limites, ſive aſiaticos ſive americanos conſident conterminæ, utpote naturæ ſuæ magis convenientes.

f) Sic Leones, Tygrides & aliae ferae beſtiae aſiaticae terras europaeas non frequentant, etiamſi praedam ſuam ex Europa aeque ac ex Aſia capere poſſint; e contra Urſi vel Lupi europaei nihil commune habent cum beſtiis aſiaticis; Illae, prout de CYRO, Perſarum ultimo monarcha, hiſtoria fert, per integrum annum alternis menſibus in perpetuo verno calore inque terris vaſtiſſimi imperii temperatis inter flores fructusque & juxta promptuaria habitant, nec opus habent ultra fines aſiaticos caloris gratia in Africam tendere. Audiamus doctiſſimum peregrinatorem, celebrem Dominum *J. G. Gmelin* in praefatione Florae Sibericae (*quam ſumma cum voluptate legi*) p. XLIII ſeq. „Non ego Aſiam ingredi mihi viſus ſum, an„tequam *Janiſcam* fluvium attingerem; Animalia in eam usque regionem vix alia „vidi, quae non etiam aleret Europa - vix alia vegetabilia, & terrarum lapidum„que genus vix aliud. Facies tota terrae in eam usque regionem mihi europaea „viſa eſt. Sed ab Jeniſca fluvio *tam orientem quam meridiem & ſeptentriones ver„ſus* alia plane terrae facies, & neſcio, quis novus vigor conſtitit - *Animalia* nus„quam adhuc viſa in conſpectum veniebant &c.„ conf. D. *Quiney cit. l. p. 145:* que dès qu'on a paſſé la ligne, on ne rencontre plus des monſtres marins de cette eſpece, & que les animaux, que nourrit le grand ocean ne ſont pas moins differents de ceux qui vivent dans nos mers, que le ſont les animaux de terre de ces regions éloignées de ceux qui ſe multiplient parmi nous - de la même façon, que l'on experimente ſur les continents des differentes regions du globe dans les differentes eſpeces de vegetaux & d'animaux, qui s'y produiſent. Miratur *Willughbejus*, quod non in Italiam peregrinentur Ciconiae; „Mirandum, inquit, prorſus, cum certum ſit, Ciconias ante hyemis adventum ex Germania ad loca tepidiora & calidiora migrare, Italia autem Germaniae ſit contigua & calidior, quod huc non provolent;„ Nec *Aldrovandus* vel Senex fatetur ſe nondum vidiſſe Ciconiam; *Joan. Faber* intra 28 annos ſemel vidit albam in culmine turris comitum, ignarus, quo vento in id delatam; confer. *Schottus* Ph. cur. XIX. c. 26. p. 1160. *Merret* in Pinace p. 181. quod raro in Anglia, nec niſi vento vel alio caſu eo delata Nos vero mores Ciconiarum non miramur, verum ſi eſſet, quod ad loca tepidiora migrarent. Certo ſumus perſuaſi, quod parum curent calidiores regiones, minus temperato climati in ſeptentrione aſſuefactae, ſed victum potius quaeſituraе. Apud nos inter Gallinaceos hyemem ſuperant, piſces egelidatos pro victu capientes. Conſiderandum autem eſt, utrum brumali tempore in Italia Ciconiis praeſto ſit victus, quod ibidem plurimis in locis clementior eſt tempeſtas? Ranae ſimiliaque, Angues, Lacerti & reptilia aeque ac volatilia inſecta, intervallo anni temporum ubique locorum quieſcunt, poſtquam aliis anni temporibus debita ſua naturae perſolverint; quidni etiam in Italia? quieſcunt utique vel in aqua, vel in terra, in arboribus, in aedibus, in cellis &c. & quare non cum *Scolopacibus* in Angliam transvolant *Ciconiae?* Cum piſcatoribus exploratum tenemus, & plures piſces per ſpecies ſuas certis menſibus in latebris congregatos permanere, usque dum natura imperante ad multiplicationem generum prodeant; unde eſt, quod hyeme menſtruae capturae generum, juxta catalogos, ſuſcipiantur; docentibus id & veterum romanorum commentariis; ut in ſpecie *Harengos* ſilentio praetereamus, de quibus celebris Praeconſul Hamburgenſis Dn. *Anderſonius* in relationibus ex Islandia &c. Cauſam ſuam itaque male agerent Ciconiae, ſicubi vim frigorum in Germania, vel in Pruſſia, ſuſtinere nolentes, in Italia fame perire mallent. Quodſi autem expedita res ſit, migrare Ciconias ad calida loca, neceſſario ſequitur, loca talia ita eſſe comparata, ut ibidem verſus brumam animalcula ad victum neceſſaria, vitam rurſus agant, cum apud nos tum temporis ſtatum morti proximum contraxerunt. Quod vero Ciconiae nec aeſtivo tempore in Italia inveniantur, indubitata

tata causa est, ipsis calidiora loca ad genus suum multiplicandum non conducere, etsi ipsis uberrima seges ibidem locorum pro victu praesto sit.

g) Prout id circa aves acuti montis & lapponicas infra observabimus; unde quoque est, quod quaedam aves americanae aquaticae plerumque insulas Scotiae frequentent.

h) Etiamsi *Bellonius* S. O. p. 223 velit: aves aquaticas europaeas hyeme in Ægypto nidulari: Les Oiseaux de riviere, qui communement se retirent des païs Septentrionaux en temps d'hyver, se vont rendre en Egypte, & *là couvent leurs petits* & s'en retournent l'Eté;„ & p. 226: Avem, Gallis *Bieurre*, latinis *Vulpanser*, (ordo av. §. 68) mense Septembri pullos suos in Nilum ducentem vidisse testatur, quae relatio contra autorem militat, scilicet, hanc avem non septentrionalem sed africanum Vulpanserem fuisse, qui aestate nidulatus primo autumno pullos suos exclusit. Caeterum res est expedita, solum hominem dominum bestiarum quoad opera aphrodisiaca nullis anni temporibus adscriptum esse; aliter res se habet cum bestiis. Hae (uti scribit *Rajus* ad *Listerum*) nec si velint, in excessu facile peccare possunt; hinc raro ferae & sylvestres animantes ultra modum pinguescunt, nec admodum libidine turgent, sed statis duntaxat temporibus, semel ut plurimum in anno, ad venerem incitantur. Sic & Ciconiae Nilum non peterent, ad edendos pullos.

§. V.

Porro praecognita habeamus, quod aves nostrates diversa utantur natura, diversis gaudeant coloribus aliisque affectibus, præ similibus generibus in utraque India i). In extremis partibus Europæ, Americæ proximioribus & in ipsa America Turdi deprehenduntur, Alaudæ, Passeres, Coccothraustæ, Fringillæ, Liviæ, Ficedulæ, Luściniæ, Gaviæ, Ardeæ, Arquatæ, Anseres, Anates, Gallinacei & quæ plures; sed perlustrantibus ORDINEM AVIUM mox in mentem & oculos cadet, quod, qua maximam partem Indiæ aves omnes & facie & coloribus, tam ex climate quam ex victu derivandis k), multum a nostratibus differant. Habemus Palumbos, Turtures &c. sed quis crederet, Palumbos Turturesque in India septentrionali esse aves europæas in Americam migratorias, quod hyeme non nobis omnibus, prout Passeres, in conspectum veniunt l); Sic se res quoque habet cum aliis vel terrestribus aut campestribus vel sylvaticis; quin potius nonnullæ aves ex ulteriori septentrione ad nos transvolarent, quam in Americam irrumperent, & felicem peruvianam regionem (anno 1747 noviter & satis gravide castigatam) occupare præsumerent. Septentrionalibus avibus Europæ amplitudo sufficere potest; magis amant orcadicas insulas, paludesque & ingentia flumina sylvasque Poloniarum. Quicunque *paludes poleficas*, quæ juxta civitates Sluczko, Pinsk &c. originem trahunt, & navigabilibus fluminibus obsessæ tractus suos in Pontum Euxinum usque extendunt, non vidit, nec de iis audivit, nedum incredi-

credibilem multitudinem Cygnorum, Anserum, Anatum, Tardarum, Gruum, Platearum &c. iis in locis, vel in sylvis vastissimis agmina Columbarum, ferarum aliarumque avium sylvestrium per integros annorum decursus expertus est, consulat *Historiam Caroli XII*, Leben König Carl XII. I Theil IX. Cap. p. 663; item *Rczaczynski* I. p. 159 & 164. Limites Poloniæ, Lithuaniæ, Livoniæ, Curlandiæ, Prussiæ & Cassubiæ tam ampli, tellusque ita comparata, ut multitudo avium quadrans vel quinquemestre anni tempus consumere queat, perviando mutabiles & clementia aëris variantes regiones, variis animalibus & volatilibus pro subsistentia & victu adæquatas; vicinos habent Alpes carpaticos, Crimam & Ukraniam Podoliamque. Sic nostris in regionibus, si volupe esset, majori fiducia observationes instituendæ, mari simul baltico nobis vicino, quam in uno vel altero districtu Germaniæ. Immensa fere nemora nobis contigua sunt, stagnaque vastissima, ad quorum volumina omnes Germaniæ lacus junctim sumti nunquam accederent, nec desunt nobis flumina fluviique piscolenti, quibus Poloniarum regnum irroratur, eorumque haud pauci non congelascunt. Habet Polonia & Lithuania Onocrotalos, & præter supra dictas aves inter reliquas & *Ardeas albas*, *Ciconias*, & stupendam multitudinem avium sylvestrium m), *Aquilas* & *albos* multosque alios *Accipitres*, inprimis generosum *Jastrzab* n) ut hospites aves, nos quotannis visitantes vel ex *Lapponia* vel ex *Siberia*, aliasque ex *Norvagia* aquaticas taceamus.

i) Recte referunt nautae & peregrinatores, quod in utraque India revera e. gr. Palumbi torquati adsint; sed nostra culpa est, quando in diem & littoribus dicimus, ergo nostros e. gr. Palumbos torquatos aves esse migratorias in utramque Indiam, consequenter prussicos vel germanicos Palumbos aves esse reduces ex Indiis, prout nonnulli nobis persuadere cupiunt, imo diem horamque indicare audent, quibus ex India juxta nos rursus confideant.

k) La beauté des couleurs, dont leur plumage est orné, & le rapport, qu'ils ont le plus souvent avec les plantes, dont ils se nourrissent, ou qu'ils frequentent &c. *Catesby Pref.* p. IX. & *remarques sur les Oiseaux d'Amerique* p. XXXV. generalement parlant les oiseaux d'Amerique surpassent ceux d'Europe pour la beauté de leurs plumes; mais ils leur sont tres inferieurs pour la douceur du ramage. Auf Ceylon findet man Feder-Vieh in der Menge; als: Gänse, wilde und zahme Enden, unterschiedlicher Sorten, Hüner, Feld-Hüner, Welsche und Calekutische Hüner, Feld-Häher, Birckhüner, Pfauen, Tauben, worunter auch eine Sorte von grossen und kleinen, wie sie hier zu Lande gefunden werden, Schnepfen, allerhand Wasser-Vögel, Stoß-Vögel, Eulen, Sperber, und mehr andere kleine Raub-Vögel, Nachtigallen, doch anders als unsere hier zu Lande, etliche Sorten Papageyen, und andere schöne gefärbte Vögel, Raben, Krähen, Schwalben, Sperlinge und dergleichen kleine Vögel in ziemlicher Anzahl, welche in Wäldern und Büschen

schen allerhand Stimmen und Gesang von sich hören lassen = Joh. Wolfg. Heydt *p. 189.* conferantur Merulae Zeylanicae *Catal. av. Petropol.* p. 374.

l) Non verentur famem, cui migratoriae obnoxiae sunt. Si terminum a quo in sylva olivensi suscipiunt, sylvasque per arva hinc inde concatenatas Cracoviam usque lento pede pererrant, satis sibi habent glandibus, variisque arborum fructibus. Tempestatum patientissima est avis Columba fera; Eadem hyeme quae aestate habet diversoria in arboribus cavis; quod autem Palumbi & glandibus caeterisque arborum seminibus, suae naturae congruis, vescantur, id extra dubium est, testante etiam *Catesbejo.*

m) Ad montem Skrzeczno in terra Osuicimensi omnium generum convolant alites, *Dlug.* H. P. Lib. I. Perdices & Coturnices, Grues, Anseres, levissimo pretio distrahuntur in Polonia; *Crassinus*, Polon. L. I. In Curlandia myriades Gallinaginum, Perdicum, Attagenum, Urogallorum - sunt vilissimi pretii, sic ut asseverare queam, eorum me nausea, frequentissime captum fuisse, quod mensis quotidie inferrentur, *Lentilius* in Curland. memorab. Montanae & submontanae regiones Poloniae & Lithuaniae habent alites non visas in provinciis aliis regni nostri, *Rzazczynski.*

n) Ut itaque Poloni opus non habeant Accipitres islandicos appetere, cum praeterea Falcones poloni nobiliores & magis generosi ad venationem habeantur. *Gesn.* & *Aldrov.*

§. VI.

Antequam autem grassationes & migrationes avium indigenarum propius observaremus, ipsimet prius excursionem faciamus in Americam septentrionalem ad usque provinciam Carolinam; per Virginiam revertentes superabimus fretum Davidis, navem appellentes ad Grœnlandiam, exinde ad Islandiam & montes acutos; quodque nullibi diu morari licet, brevissima via per Lapponiam sinumque Bothnicum utemur, ut stato tempore cis maris baltici littora in Prussiam nostram revertamus. In itinere varia nobis promittimus experiunda, quæ facem historiæ avium præferrent, & a multis ambagibus, quas sollicitius evitare studemus, nos liberarent.

§. VII.

Quapropter in antecessum congregabimus omnes aves Carolinienses, quas cognitas habemus, sive sint indigenæ & omnibus horis præsentes, sive erraticæ aut migratoriæ: Non levia commoda comparabimus tali dijudicatione, ut de nostratibus forte rectius judicium ferre integrum nobis fuerit. Sic experti sumus

I. Quod omnes Accipitres (*ordo* §. *19*) sint nationales, non exteri, & in locis natalibus per integrum annum permaneant.

II. Caprimvlgvs (*ordo* §. 37) in Carolinia & Virginia hyeme non versatur, quod Scarabæi, Grylli aliaque insecta, quibus vescitur, sese occultarunt, & quiescunt; quapropter, nisi avem in arbore sepelire velis, successive loca mutasse videbitur, ut vitam esca, ex America meridionali capienda conservaret, seque in itinere, vel Formicis vel Muscis, ubi Scarabæi deficiunt, sustentaret, & per circulum rursus in Caroliniam justo tempore accederet.

III. Cvcvli (*ordo* §. 17) pedes habent tetradactylos digitis ita positis, prout nostrates: vel, quod Cuculus mirifice pinguescit, hyeme in latebris lethargiam morti proximam contrahit, vel caprimulgum in itinere aut antecedit aut subsequitur, cum non nisi Erucis glabris Araneisque vescitur, etsi Rever. *Zornius* de tali victu dubitet; interim, quæ vulgo circumfertur historia, mutari Cuculum autumni tempore in Falconem aviculas accipientem, insignem fabulam sapit. Forte, ut Melis, in desertis alicubi moratur, contracta inactione, & pinguedo lentissime abit in nutrimentum sui, ut vitam ad usque ver conservet; fameque tandem pressus resurgat. *Cyprianus* ad *Franzium* p. 1304 scribit: latere Cuculum per autumnum & hyemem, testes asseverant oculati; vid. pluribus *autorem.*

IV. Psittacvs (*ordo* §. 15) unicus est in Carolina; avis occupatissima, pullosque ibidem faciens; maxima pars familiæ suæ, victu deficiente, secedit ad plagam meridionalem. *Catesby:* Ils se nourrissent de graines des cypres (**Cupressen**) & des pepins des pommes; il vient en automne des volées innombrables de ces oyseaux dans les vergers, où ils font un grand degat, car ils ne mangent, que les pepins; ce sont aussi les pepins, qui les attirent dans la Virginie, qui est l'endroit du Nord le plus eloigné - . Ergo Psittacus non est avis migratoria sed commeatrix loco in alium, ad incitas redacta deficiente victu, pabula indigenis avibus præripiens; consumpta messe redit ad meridiem, ubi circumforaneus commeator recentes epulas offendit, ex America non exiens; unde quoque est, quod vel in Carolina, vel in locis meridionalibus genus suum nidulando multiplicet. Conf. *Hieron. Benzon. nova novi orbis hist.* lib. II. c. 16. Man findet allda (in provincia australi Nicaragua) eine unsegliche und unglaubliche Menge Papageyen; thun dem Saamen großen Schaden, und wenn die Indianer vom Rohr nicht Schein- oder Blogsals drein stelleten, und mit Schleudern, Steine stets unter sie würffen, und also hinweg gewehnten, könnte niemand etwas für denen Vögeln behalten.

V.

V. HORTVLANVS (*ordo* §. *42*) ſive Emberyza carolinienſis, Reis-Vögel, menſe Septembri oryza in Cuba & adjacentibus inſulis conſumpta Carolinam petit, immania incolis damna ubique locorum per circulum faciens. Notandum, quod ex Cuba diſcedentes mares a fœminis ſeſe ſeparent, fœminis ſaltim in Carolina advenis; ſed conjunguntur, more Zingarorum, rurſus alibi, quod omnes verſus ver per Carolinam regreſſum habent; non tamen excedunt limites Americæ, non enim quærunt nec guſtare volunt alium cibum præter grana oryzæ.

VI. PALVMBVS (*ordo* §. *58*) avis migratoria eſt, ſed non niſi intra fines Americæ. Magna copia ex America boreali in Virginiam & Carolinam advenæ, ut ramos arborum, quibus turmatim inſident, frangant, meridiem petunt; „où ils (ut verba *Catesbeji* retineamus) trouvent une plus „grande abondance & plus de ſorte de grandée de Bayes, dont ils ſont „abſolument privés dans le Nord, à cauſe des gelées & de neiges - A „Nieuport & à Philadelphia, tandis qu' ils paſſent, on les tire de deſſus „les balcons, & des toigts des maiſons, & à la nouvelle Angleterre on „les fait tomber avec des longues perches dans les endroits, où ils ſe „couchent pendant la nuit. Je n'ai rien pû ſavoir des lieux, d'ou ils „viennent, & où ils font leurs petits, que par un *Indien de Canada* qui „me dit, qu'il les avoit vû faire leurs nids ſur le bord de riviere de *St.* „*Laurent*, là où il en avoit tué à coup de fuſil. Il eſt ſurprenant, *qu'on* „*n'en voit jamais revenir, aucune*, du moins de ce côté là. On ignore „abſolument, quel chemin ils prennent„ - Sic nobis in ſuſpicionem venit, quod alia via redeant ad St. *Laurentii* inſulam, unde venerunt, indeque quotannis iter reaſſumant per Virginiam & Carolinam; E contra

VII. TVRTVR CAROLINIENSIS (*ordo* §. *58*) in Virginia & Carolina hybernat, nunquam diſcedens; prout nec

VIII. PALVMBVS CAPITE ALBO, qui in vicinia Bahamæ per integrum annum commoratur.

IX. TVRDI, cinereo - albus & rufus (*ordo* §. *30*) nunquam diſparent; aſt

X. TVRDVS PILARIS, ſive Grive brune (alius plane Turdus muſicus quam noſtras) hyeme turmatim advolat; *Marylandiæ* vero permanent omnibus anni temporibus.

XI. TVRDVS VISCIVORVS PLVMBEVS in inſulis Andros & Ilathera domicilium habet; diverſa avis ab europæa.

XII. TVRDVS MINIMVS CAROLINIENSIS perdurat.

XIII. ALAVDA (*ordo* §. *31*) GVTTVRE FLAVO; de qua ſupra §. II., avis hyemalis in Carolina ex Septentrione advena, & primo vere retrograda; vide infra, ubi de Alaudis pruſſicis.

XIV. ALAVDA MAGNA, ſ. duplex, **Dubbel-Lerche**, permanet, non transvolans limites Americæ ſeptentrionalis.

XV. PASSERES VVLGARES (*ordo* §. *41*) manent in loco natali glebæ adſcripti.

XVI. PASSER NIVALIS NIGER hyeme quidem in Carolina conſpicitur, ſed dicitur ineunte æſtate abire; manent autem Paſſerculi arborei.

XVII. COCCOTHRAVSTES *ruber* (*ordo* §. *44*) indigena eſt novæ Angliæ ad usque confinia Floridæ. *Cæruleum* Catesbejus non niſi in Carolina & quidem æſtivo tempore obſervavit.

XVIII. FRINGILLA (*ordo* §. *45*) BAHAMENSIS, & LINARIA VIRGINIANA & novæ Yorkæ non mutant ſedes.

XIX. FRINGILLA TRICOLOR, NOSTRATIS AEMVLA, in arboribus aurantiarum in Carolina nidulatur; & avis erratica eſt. „Ils ne demeurent pas dans ce païs pendant l'hyver, & *n'entrent pas fort avant dans les terres;* je n'en ai jamais vû à 50 milles, angloiſes, de la mer, *Catesby.*„

XX. LINARIA (*ordo* §. *43*) CAERVLEA, avis montana, permanet, 150 mill. a mari.

XXI. GARRVLVS, qui apud nos BOHEMICVS dicitur, (*ordo* §. *30*) avis indigena eſt; noſtras elegantioribus utitur coloribus præ illa; ſunt ergo aves diverſæ inter ſe.

XXII. RVBECVLA ſ. Sylvia cærulea (*ordo* §. *35*) valde humana & manſueſcens nunquam abit.

XXIII. ICTERVS, qui BALTIMORE (*ordo* §. *30*) nidum ſuum ſuſpendit in Virginia & Marilandiæ.

XXIV. HIRVNDO, quæ vocatur, PVRPVREA, appropinquante hyeme diſparet; Hirundo non eſt, etſi cauda ſit diviſa; nec nidulatur uti Hirundines, ſed prout Ruticillæ ſive Sylviæ in foraminibus ædium; plura §. *ſeq.* de Hirundine cauda aculeata americana, & infra §. XL.

XXV. MVSCICAPAE, **Fliegenſtecher**, ſive Ficedulæ (*ordo* §. *32*) ſex ſpecies, hyeme non conſpiciuntur; quod ad meridiem abeunt, revertentes menſe Aprili.

XXVI. PARI (*ordo* §. *39*) omnes in Carolina hybernant, prout noſtrates apud nos.

XXVII.

XXVII. Mellivora, Mellisvga (*ordo* §. *49*) ingruente hyeme cum pullis ſecedit ex Carolina; quas *Catesbejus* alibi (St. Dominici) & hyeme obſervavit. J'ai vû ces oiſeaux pendant toute l'année, parce qu'ils y trouvent une *ſucceſſion* continuelle *de fleurs*, desquelles ils ſe nourriſſent; eo ipſo *Hernandezium* refutans. vid. *Phil. Tranſ.* No. 74. No. 200. No. 202, de his aviculis.

XXVIII. Rvticilla, ſ. Sylvia (*ordo* §. *35*) tempore æſtivo conſpicitur.

XXIX. Glareola (*ordo* §. *47*) forte per integrum annum in Carolina; quod *Catesb.* ſcribit; „c'eſt le ſeul endroit, où j'en ai vû;„ quod etiam

XXX. Plvvialis Vocifervs, ſive Gavia (*ordo* §. *14*) perdurat; „Ils demeurent toute l'année à la Caroline & à la Virginie„ *Catesby*.

XXXI. Phoenicoptervs (*ordo* §. *64*) manet in Cuba & Bahamenſibus inſulis.

XXXII. Ardea Caervlea (*ordo* §. *62*) vere tantum conſpicitur.

XXXIII. - Alba Minor nidificat in Carolina; diſcedens in autumno.

XXXIV. - Stellaris omni tempore inſulas bahamenſes frequentat.

XXXV. - Minima Stellaris meridiem petit.

XXXVI. Platea (*ordo* §. *64*) exeunte æſtate tempore pluvioſo advena, rurſus abiens ultimo Octobris.

XXXVII. Nvmenivs, Falcator, Albvs Et Fvscvs (*ordo* §. *52*) Plateæ mores ſequuntur.

XXXVIII. - Rvber; „ces Oiſeaux frequentent les côtes des Isles de Bahama, & d'autres endroits - on les voit rarement au Nord & au Sud de Tropiques.„

XXXIX. Haematopvs (*ordo* §. *14*) continuo victum ad littora Carolinæ & in inſulis bahamenſibus quærit.

XL. Anseri Bassano Congeneres, in magna copia ambobus in locis.

XLI. Lari (*ordo* §. *70*) permanent.

XLII. Podicipes Minor in aquis dulcibus perdurat.

XLIII. Anser Canadensis ex America ſeptentrionali ad Carolinam accedit, & ultra proficiſcitur.

XLIV. Anates littora, aquas dulces, & convalles ſalutant & in iis habitant.

XLV. Cygnos *de Laet* p. 83 hyeme in Virginia magna in copia observavit, nec non Grues cinereos & albos alis nigris, pluresque alias aves, sed addit: quorum *nomina* & *forma Europæis ignota;* & porro paucissimæ harum æstate conspiciuntur. (*)

(*) In Provincia Suerensium, *Hieronim. Benzon* Nova novi orbis hist. Lib. II. capite XIV. Man siehet auch allda, Pfauen, Phasanen, Rephüner und andere dergleichen Vögel mehr, von den unsrigen aber weit unterschieden.

§. VIII.

Ad præmissum Catalogum avium americanarum earumque mores attentus sine difficultate animadvertet, quænam aves erraticæ sint, quæ migratoriæ. Omnes potius *erraticas* quam *migratorias* dixerim; Migrare enim & ab antiquis & a recentioribus dicuntur aves, quæ appropinquante hyeme ex natali solo in altum se tollunt & in regionem prorsus aliam orbis quadripartiti proficiscuntur, verno tempore ad loca quæ autumnali dereliquerunt redeuntes; Hinc est, quod fere omnes aves septentrionales, imo & Coturnices nostræ, in Africam pervolare jubeantur; cum tamen hactenus nullam offenderim avem terrestrem, quæ limites Europæ transilierit. Imo *Catesbejus* nec Hirundinem cauda aculeata Spazzo camino americanam ex Carolina & Virginia oceanum transvolare vult, *append. p. 8*, ibi: „Je croi, que l'endroit, où elles se retirent de „Caroline est probablement le Bresil, dont une partie est dans la même „latitude meridionale, que la Caroline l'est dans la septentrionale.„ Omnes quæ peregrinantur loco in alium, non frigora fugiunt nec solis intemperiem verentur, sed victum ubique locorum quærentes commeatum omnibus in terris offendunt; omnes circulos suos scite absolvunt, ut justo tempore natale solum repetant, in quo de esca noviter ipsis prospectum est. Reliquæ saginam præ se habentes, vel non adeo gulosæ, parsimoniæ in patria student, pauco penu contentæ. Ubi in Carolina varii generis insecta se condunt, abeunt insectivoræ, quærentes in vicinia vermes nondum sepultos, ulterius adhuc occupatos, & porro vivacissimos. Hortulani carolinienses & Palumbi rebus in una regione confectis in aliam se convertunt, sive dextrorsum sive sinistrorsum irrumpentes, quasi fruges consumere nati, libellarum more; aliquando, quod non habent salvum conductum exhibendum, severe castigantur, imo morte tanquam sicarii puniuntur. Et quod magis est, in America septentrionali nullæ nobis aves europeæ, præter *Cygnos* inter ipsos indigenas extraneos, ullibi obviam venerunt; cum tamen novus mundus a nostro, qui tertius, adeo

adeo longe diſſitus non eſt, ne vel ex Scotia aut Norvagia transvolare poſſent; multo minus noſtrates in Indias orientales deportare juſtum; verendum enim, ne ardenti ante corriperentur febre, quam fines tranſilierint. Sic terreſtres americanæ, ſive ſint erraticæ ſive migratoriæ ejusdemque generis, partim per integrum annum in Carolina permanent, partim peregrinantur, ſine dubio, quod omnes ſibi de victu proſpicere nequeunt. Ejusmodi caſus & noſtrates experiuntur, minimum nobis experiri liceret, ſi omnes caſus obſervare allaboraremus omnibus præjudiciis & præcipitantia vacui. Sed comperendinemus hanc cauſam paulisper, quod pedes ſunt ultra movendi, & quidem per Islandiam montesque acutos in Lapponiam, ut juſto tempore circulum abſolvamus, Pruſſiamque noſtram recuperemus.

§. IX.

Secundum relationes, quas Præconſul Hamburgenſis Dn. *Anderſonius*, immortalis memoriæ, collegit, in Islandia inſula magna copia eſt *Corvorum* aterrimorum, valde fatalium Agnellis, quorum pelliculas (Schmaascken) magnifacimus o). Porro *Lagopi* (Rypen, Snœripers) ſ. Attagenes nivales albi; de quibus pluribus infra; *Aquilæ* varii generis; *Vultures*, ex quibus ſpecie minorem Dn. *autor* in effigie communicavit p); *Falcones* illi famati, quorum certus numerus quotannis in Daniam comportatur q); *Ululæ* majores & minores; multitudines *littoralium* & *pelagiarum* avium r); inter *Anſeres* Margees, Helſinger & *Anſer plumis molliſſimis (ordo §. 68)*; inter Mergos, Lumme *Worm. (ordo §. 72)* Merganſer *Aldrov.* & plures, quarum multitudines etiam Grœnlandia & in freto Davidis aluntur; v. Dn. *Anderſ.* p. 113 ſqq.

o) Nachrichten von Island, Grönland und der Straſſe Davis, p. 36. In inſulis adjacentibus ſingulis minoribus unicum par Corvorum imperium habere perhibetur, qui pullos ſuos majorennes imperii participes habere nolunt, ſed eos abigunt, ſoli clavum tenentes.

p) nter Falcones numerandus, ſi effigies eſt omnibus numeris abſoluta, magnitudine Columbam non ſuperans; notatu dignum, quod Dn. *autor* hunc Accipitrem Columbis domeſticis ſocium in columbario aluerit.

q) Qua ratione capiantur & transvehantur *p. 42.* Seren. Rex Daniae & Norvagiae pro Falcone griſeo pendit 15 Imperiales, pro albo ex cinereo vario 10 Imper. & pro niveo 15 Imper. Conf. *Ol. M.* Lib. 19. c. 23.

r) *Ibid.* p. 44 quales etiam ad montes acutos, p. 174. Ejusmodi aves aquaticas hyeme in Americam ſeptentrionalem petere rectiſſime judicat Dn. *autor*. Caeterum & Ululae niveae

niveae mentionem facit, quae juxta Islandiam in navi confedit, & viva Hamburgum deportata apudque *autorem* nutrita.

§. X.

Ad montes acutos (Spitzbergen) cum *Fr. Martenſio* pauciſſimas aves offendimus digitis ſimplicibus vel diviſis, plures autem palmipedes; illarum non niſi tres: *Glareolam* magnitudine Alaudæ, forte *Charadræ* ſpeciem. *Avem nivalem*, quæ Emberiza varia, Paſſer hybernus (*ordo* §. 42) magnitudine Muris domeſtici; roſtro brevi, acuto; pedibus brevibus nigricantibus; infero corpore niveo; dorſo & alis griſeis; multæ conſederunt in nave macilentæ, aliquandiu pulmento nutritæ. *Martenſius* opinatur, quod per tempeſtatem ex Islandia (forte ex Grœnlandia) eo delatæ fuerint. *De Vries* notam addidit de Paſſeribus nivalibus, quos in Polonia *Lowicæ* (Lowicz) obſervavit; migratorias eſſe aves, quæ nos quotannis ſalutant trans mare balticum advenæ, & in Poloniam abeuntes; delicatulæ, more Hortulanorum pinguedinem contrahunt; Paſſeres nivales laponicæ, vid. *Acta lit. Upſal* 1736. p. 11. n. 16, Aloipg, *Lapp* Alauda remigibus albis, *Linn.* Fauna Sv. porro Alcyonem, quæ vocatur, colore aureo, Turture major.

§. XI.

Nomina avium *palmipedum* ad inſulam *Spitzbergen* a Batavis ipſis impoſita retineamus:

I. Consvl; tridactylus, nullo poſtico (*ordo* §. 75) minor Præconſule; Raeds-Heer; roſtro nigro, gracili, tenui, acuto; integro corpore niveo; oculis pedibusque nigris; piſcibus veſcitur; ſed ægre in mare deſcendit, ſtercori tamen Balænarum inſidens, ipſique piſci vivo.

II. Colvmbvs Groenlandicvs, the Cock Greenland Dove (*Albin* II. 80) Duyf, Taube, Anatis magnitudine; roſtro oblongo, acuto, inferne rubro, ſuperiori mandibula nonnihil arcuata; pedes breviusculi rubent, tridactyli. Quædam totæ nigræ, nonnullæ in medio alarum albæ interſperſo nigro; rurſus aliæ albæ; pipant prout Pipiones, merguntque, unde Duyf-Duyckers Duck-Tauben vocantur.

III. Lomben, roſtro præcedenti ſimili; fortiori tamen, longiori & magis incurvato; pedibus nigris, tridactylis; corpus ſuperne nigrum, inferne album, ad Anatem mediæ magnitudinis accedit; voce cornicans; non eſt Lumme, Lomme *Worm.* ab his avibus portus juxta novam Zemblam nomen obtinuit Lomt-Bay.

IV.

IV. Kavtke - Gef; Larus *Kautke-gef*, pronuncians (*ordo* §. 70) inferiori mandibula more plurimorum Larorum inæquali; oculis nigris in circulo rubro; pedibus nigris, tridactylis; cauda ventilabriformi; dorso & alis cinereis, ad latera nigris; capiuntur hamis; *Martensius* ejusmodi aves & in mari hispanico observavit, sed addit: Evenwel is onderschyd tusschen d'een en d'ander, gelyck ook tusschen de Menschen en beesten in dit en dat Land.

V. Bvrgermeester; Præconsul; maxima ejus loci avis; rostro Lari, longo; tridactylis altisque pedibus. Alis plumbeis, apicibus, prout integro corpore albis; in aëre, ut Ciconia, hæret, caudam exponens; cornicans clara voce. Addit autor: 'k heb hem oock by de Walrussen gesien, welcker Dreck hy at, onaengesien synen Burgermeester - Stand. Nobis subolet, maximum esse Larum, quem nostrates *maris Anserem* vocant.

VI. Rotge of Rottetetjen; incurvum rostrum pedesque tridactyli nigri cum corpore, præter ventrem album; Quædam ad alas variegatæ; plumæ crines imitantur; Sturni est magnitudine, facie Hirundinis; mergendo victum quærit; rottettet tet, tet, tet pronuncians continuo; cantantibus simul reliquarum avium multitudinibus, nemo hominum alterum verbis audire & intelligere valet.

VIII. Strontjager, Schyt-Valck. Rostro crasso, obtuso, incurvo, nigro; pedibus tridactylis, cruribus brevibus; cauda lata, ex qua unica penna prodit, reliquas antecedens; maculam nigram in vertice habet; torquem subflavum; dorso & alis fuscis; cætera alba; paulo major IV, quæ *Kautkegef;* hanc tamdiu in aëre persequitur, usque dum excrementa sua ediderit, quæ illa devorat. Parce inibi apparent hæ aves. Exclamant I Ja. *Mart.* eandem, tanquam stercorarium venatorem, juxta Scotiam observasse dicit.

VIII. Papegey Dvycker; Anas arctica; the Puffin or Culterneb (*Albin* II. 78. 79.) Inter omnes palmipedes tridactylos singulare habet rostrum, nonnihil Psittaci rostri æmulum; verticaliter compressum, tenue, striatum, e rubro & albo varium, in superiore mandibula ubi latissima, nigrum, uncatum; inferiore breviori; longitudo rostri circiter 3 unciarum; altitudo pariter; pedibus rubris; oculi in circulo rubro; superne corniculo breui erecto; capite nigro; genis albis; torque nigro; dorsum & alæ nigricant; venter albet.

IX. Berg-Ente; non Edder Fowls, Eider-Endten, quarum in Grœnlandia incredibilis multitudo, *Egede nat.* hist. of Grœnl. p. 93. *Te-*

tradactyla avis, digito postico; magnitudine mediocrem Anserem æquat; rostro potius anserino, quam Anatis; plumæ albæ maculatæ; se submergens, ut Anas; Mas ex albo & nigro varius; femina ad instar Perdicis picta; digitus posticus latiusculus, ungue brevi; cauda brevi; gregatim volitant; Nidos quidem e pennis, non tamen e plumis mollissimis construunt, musco mixto; ita etiam sentit *Martens.* doch dit syn niet de vederen, welke men Edder-Dun nœmd. Ova ponunt in humilibus collibus aqua circumdatis, ut a Vulpibus liberæ incubare possint. Præbent satis sapidum obsonium.

X. Kirr-Mevw; tenue habet rostrum, acutum & sanguineum; magnitudo est Lari vulgaris; deplumatus vix major Passere. Alæ caudaque longæ; hæc furcata; pedes rubri, unguibus nigris; genæ albæ; corpore ex cinereo argenteo; extremæ partes remigum nigrescunt; prodit ova sua', prout Gavia, vociferando; *Martens.* juxta Hamburgum ejusmodi aves vidisse testatur, sed rursus addit: magnam diversitatem inter utrasque esse.

XI. Malle-Mvcke; rostro supra & infra anguloso; in exitu incurvato & acuto; pedibus cinereis; tetradactyla avis, postico digito parvo; quædam totæ cinereæ, aliæ solummodo in dorso; illæ ætatis provectioris esse creduntur. In *Hitlandia* etiam vel *Zetlandia* Anglorum visuntur. In Balænis necatis considente stupidissimæ aves, mortis sibi inferendæ patientissimæ, unde Malle Muggen, quod adeo male sibi prospiciunt; primæ sunt aves, quæ navigantibus in Grœnlandiam in conspectum veniunt. Vivam habuit Dn. *Anderson*, quam secundum omnes corporis partes sollicite descripsit, *p. 177 seqq.*

XII. Rottgans. Bernicla est insularum Scotiæ.

XIII. Jan Van Gent; magnitudinem Ciconiæ habere dicitur; sed conjunctos digitos; hanc avem cum certitudine nominare non audeo.

§. XII.

Hactenus memoratæ aves omnes in Grœnlandia, Islandia & in montibus acutis nidulantur s); omnes non mutant stationes suas, quamdiu ab inclementi tempestate non propelluntur; nec Spitzbergis abeunt, sole sibi propitio, qui in freto anglico longum diem facit, 24 horarum multiplicat. per 127, sive 12 Septiman. cum die una. Appropinquante longa nocte omnes secedunt, congregatis per genera sua speciebus, præeunte singulis Duce. Harum nullæ nec in Virginia neque in Carolina apparent,

rent, & verisimiliter plurimæ sese in novam Grœnlandiam, vel supra circulum arcticum in confinia novæ Angliæ & in regiones freti David distribuunt; aliæ insulas arcadicas cæterasque Scotiæ petunt, vel etiam lapponica aut norvagica littora occupant; quamvis, quod ad Lapponiam attinet, *S. Rheen* & *Schefferus* in genere scribant, aves advenas a meridie in Lapponiam advolare, ibidemque genera sua multiplicare. Modo perquiramus, quænam aves in plaga septentrionali Lapponum fuerint observatæ?

s) Sic nimis fidenter *Bellon* (supra lit. h.) de avibus aquaticis narrat, quod ex septentrione Nilum petant, ut ibidem nidulentur, ovaque sua excludant: & *pag. 226.* Le Côte inondé est rendu fertile, où les Oiseaux de riviere se retirent l'hyver, desquels on en voit les Champs & prairies blanchir, & principalement de *Cicognes*, que les Egyptiens à bon droit aiment; Licet *Mailetus* vel *Maserier* nullarum avium europaearum mentionem fecerit, cum multas indigenas nominavit, nihilominus tamen Bellonio asserta sua de copia avium ad Nilum nidulantium in tantum salva volumus, quod quas pro europaeis habuit, aves vel asiaticae vel africanae fuerint; Nilus enim tantum distat ab Asia quantum ab Africa; & quod *Ibices* pro Ciconiis septentrionalibus habuerit, quas Ægyptii multis honoribus in hunc usque diem prosequuntur. Idem dicendum de avibus terrestribus vel potius sylvaticis, quas in altera regione Nili montana & arenosa observasse dicit: „De l'autre côté sabloneux elevé, on y voit les Vautours, Sacres *Ægyptiens*, Milans, & autres sortes d'oiseaux de charogne. Nec mirationem nobis injiciunt aves aquaticae ex mari rubro vel reliquae ex Asia & Africa juxta Nilum statis temporibus convolantes, quod inibi aquaticae piscibus & insectis, aquatilibus praesertim, inhiant; e locis vero montanis Sarcophagae aquaticas observant, cum quibus bella & duella gerant. Insuper causa manet indubitata, quod tempore discessus aquaticarum avium ex insula Islandia & ab montibus acutis, Nilus in fluvium satis angustum sit reductus, ut infra patebit, quod potius & pro victu & pro obtinendo clementiori solo, in Americam, in Germaniam & Poloniam, loca valde proximiora aliquando abirent, Nilo suis avibus relicto; ne dicam, quod non opus habeant, pariendi gratia Ægyptum petere.

§. XIII.

Lappones secundum O. P. *Niurenium* nullas colunt aves domesticas. Sic *Sam. Rheen*, minister verbi divini in Pitha-Lapponia, aves dividit in aquaticas & terrestres, quem communem ordinem *Schefferus* secutus est. Aves aquaticas adventantes solum sole privare autor est *Niurenius*, & ubi pabulantur vel ipsis pernoctandum est, ultra dimidium milliaris audiri t).

t) Plagam non accurate indigitans, ex qua exercitus irrumpunt; interim verisimile videtur, ubi in finibus Lapponiae pedem fixerint, tanta agmina avium se in regiones diversas distribuentia, interdiu saltim itinera sua prosequi. In specie *Schefferus* rem raro extra Lapponiam conspicuam describit, quam tamen multoties in partibus meis habui, scilicet:

I. Knyper; Serratorem (*ordo* §. 71); Secundum autorem non inter advenas numeranda avis; quam aliquando ex Gothlandia cum aliis aquaticis earumque ovis nactus sum.

II. Looms; ad quas referenda *Wormii* Lumme (*ordo* §. 72); sub quo nomine *Scheff.* non solum Mergos, quos **Halb-Endten** nominavimus, sed & reliquos podicipedes comprehendere videtur: „es wäre derselben eine solche Anzahl und unterschiedliche Arten, daß man sie mit „wenigen Worten nicht wohl fürstellen möge, welcher Füsse also bewand, „daß sie zwar fliegen und gutt schwimmen, aber auf dem Lande nicht stehen noch fortlauffen können„ u), quod toties quoties jam monuimus.

u) Dominus Pastor *Zorn* Petinotheol. I. p. 147. nos certiores reddere cupit, ejusmodi aves, quod pro structura & qualitate alarum suarum aequilibrium servare nequeunt, *perpendiculariter*, & quidem *noctu*, quasi gradientes in aëre, volare. Luminosam noctem fuisse judicamus, qua ejusmodi aves in tali situ corporis observatae fuerint. Autor sum, falsam ad rever. *Dn. autorem* historiam relatam esse. Aliquando juxta lacum amplissimum, sinum sylvae satis vastum formantem circa vesperam *Lutræ* adventum observare attentus, *Mergulus niger major*, Dach-Kefer-Endlein, ultro ex arundineto in aërem se extollens, alas ita celeriter movebat, ut vix ac ne vix quidem distinxerim a corpore; volabat autem, prout oculatus bene vidi, ventre horizontaliter, non trunco perpendiculariter, ut omnes aves solent, ita tamen, acsi traheretur per aërem, machina mediante ut mihi videbatur, versus stationem, ubi latitabam; rursus se aquae committens & denuo tollens, me eominus appropinquabat, ut insidias contra Lutram deseruerim (die Lauer unterbrach) aviculamque volantem necaverim, quam per canem aquaticum illico nactus cognoscebam esse Mergulum, aliunde mihi satis notum, mecumque sumpsi domum; ingluviem tunc bene farctam observans, integram avem aquae commisi, cujus corporis pars anterior sese quadantenus immergebat aquae, ut posterior satis notabilem angulum extra aquam describeret; ratiocinatus ea propter, quod forte ejusmodi aves, habito respectu ad curtas quidem sed volubilissimas alas, ante in aërem non adscendant pro volatu, quam ingluvie pisciculis bene saginata, ne hypomochlio careant velocissime volantes. Quicquid autem sit, majores & minores podicipedes perplures & in aquis & in aëre sclopo interemi, nec quemquam alium volatum habuisse vidi, nisi quo aves omnes utuntur. Sane, etsi meticulosus non sim, tamen mirabundus vacilitassem, sicubi, praesente crepusculo, nigricans corpusculum *in aëre ambulare, non* vero *volare* vidissem.

III. Cygnorvm *S. Rheen* in specie mentionem facit, per multitudines ex mari germanico in Lapponiam advolantium. Divinamus itaque Cygnos in Carolinæ aquis observatos non fuisse aves europæas, minimum non cygnos germanicos, neque polonicos, prussicosve.

IV. Anservm Anatvmqve non minor copia in Lapponia; quos tamen *Scheff.* specifice non nominat; notandum vero quod addit: „Ex „omnibus avibus lapponicis nonnullas & *alibi* communes esse, quasdam „vero nullibi, nisi in illa plaga septentrionali reperiri.„ Optandum, quod obser-

obſervationes ſuas perfectas nosque certiores reddidiſſet, quænam aves nominetenus a natura glebæ & terræ Lapponum ſint adſcriptæ. Interim extra dubium positum eſt, varias jam recitatas terreſtres vel ſylvaticas aves nec non ſubſequentes Lapponiæ non ſolum, ſed & Sueciæ, Finlandiæ, Scaniæ, Ingermanniæ, Livoniæ, Lithuaniæ, Curlandiæ, Poloniæ & Pruſſiæ indigenatu donatas eſſe.

V. VROGALLVS MAJOR (*ordo* §. 47) quem *Gesnerus* in mare & fœmina non recte deſcripſit.

VI. VROGALLVS MINOR; Phaſianus ſylveſtris *Ol. M.* cui loco ſemicirculi cutanei rubri ſupra oculos criſtam rubram capitis largitur. Minores in Lapponia tam frequentes non ſunt, quam Urogalli majores; apud nos frequentiores majoribus; Wo es viel Wald hat, findet man allerhand Wild-Geflügel, als Auer-Hahnen (*Kiædros*) aber wenig Birckhüner; w) (men ganska favorrar) *S. Rheen;* addit *Schefferus:* daß aber auch von der erſten Art nicht jederzeit gleiche Menge; & O. P. *Niurenius:* Wunderlich iſt es, daß ſie bisweilen etliche Jahre nach einander ausbleiben x); wenn ſie aber wieder kommen, geſchiehet es in ſolcher Anzahl, daß die Lappen mehr fangen als verzehren können.

w) In Curlandia etiam albi Tetraones minores;

x) Ergo ex Suecia, ubi, ut & in Scania, magna eorum copia, migratoriae in Lapponiam aves ſunt, ſed non niſi deficiente victu in nemoribus Sueciae, aut nimium multiplicato genere.

VII. ATTAGEN, Jarpe, Lapponibus primaria epularum avis eſt & incredibilis multitudinis.

VIII. LAGOPVS, Fiæl ripor, Snieripor; Tetraorectricibus albis, intermediis nigris, apice albis, *Linn.* F. Suec.; Schneehun, Haſelhun mit Haſen-Füſſen; paulo majores ſunt Attagenibus noſtris, plantis pedum quoque villoſis, prout pedes leporum. Ejusmodi & in Curlandia, nec non in Pruſſia haud procul a civitate *Tilſit*, imo in Alpibus helveticis aliisque. Nonnullas 20 Jan. 1747 ex Pruſſia acceptas habui, quarum alteram totam albam, præter roſtrum, inferam caudam & ſex ſcaphos remigum, delineari curabam; ungues habent latos, concavos. Im Winter ſind ſie gantz weis, wie der Schnee, haben auch keine ſchwartze Feder an ſich, ausgenommen die Weiblein, denen eine eintzige ſchwartze Feder an den Flügeln ſitzet; ſo bald aber der Frühling herannahet, werden ſie grau, wie die Birckhennen, welche Farbe ſie bis an den Winter behalten, da ſie wieder weis werden; *& porro:* die Auer-Birck-und Haſel-Hüner finden

sich an waldigten Oertern, an den Flüssen und Seen, weil aber auf den Gebürgen nach Norden keine Wälder, sondern nur kleine Seen, können daselbst auch keine Vögel hecken, ausgenommen die **Schneehüner**, die man bisweilen in großer Menge allenthalben antrifft; *S. Rheen;* utrum in Prussia verno & autumali temporibus similiter colores mutent *Lagopi* proprie dicti, pro certo affirmare non ausim.

§. XIV.

Perdicum in Lapponia nulla mentio facta, quod ibidem nullæ sunt. Delectatur agricultura hæc avis, cujus Lappones ignari plane. Illarum vices subeunt Lagopi nivales. Retulit quidem *Munckius* ex portu nominis sui, in quo hyberna sua posuerat, inter alias aves, quas quidem non nominat, *Perdices* multas necasse, viele Rephüner getödtet zu haben (**Bericht von Grönl.** p. 65. (& p. 66. *ibid.* **Umb den May sahen sie wilde Gänse, Schwanen, Endten, und unzehlig viel Gevögel mit Tupffen oder Hauben, Schwalben** y) **Rephüner und Schnepffen, Raben, Falcken, und Adler** z). Similiter *de Vries* in notis, **A. & N. Grönland** p. 86; *Hotzonum* in freto suo, nunc fretum Christianum dicto, præter reliquas aves Perdices **Patrysen** supra millenarium numerum nactum esse, quarum appropinquante vere ne unicam quidem amplius viderit; sed ex ipsis relationibus quilibet intelliget, non fuisse aves, quas proprie *Perdices* nominamus, verum Lagopos, qui hyeme in Lapponia & Grœnlandia nidulantur; *Egede* descript. of Greenl. p. 64.

y) Non Hirundines, sed Laros caudis furcatis, mit Schwalben-Schwäntzen, quos nautae simpliciter Hirundines vocant.

z) Vide *Egede* all. l. There are very large Eagles, their wings spreat out being a fathom wide - you find here Falcons or Hawks, some grey, some of a whitisch plumage, and some speckled; as also great speckled Owls (ejusmodi Ululas niveas maculis fuscis duas *modo* habemus vivas). There are different sorts little Sparrows, Snow-Birds, and Icebirds, and a little Bird not onlike a Linnet, which hat a very melodius Tune.

§. XV.

Sufficiant pro hac vice aves, quas in America & in locis mere septentrionalibus observavimus; harum multæ in *Sibbaldi* Scotia illustrata apparent, quem librum curiosus Lector in supplementum evolvat. Jam vero per Finlandiam & Livoniam in Prussiam domum reversis aves nostrates vel erraticas vel migratorias venari animus est.

§. XVI.

§. XVI.

Ordinem naturalem *Partis* II. ſecuturi, non ſolum indigenas ſed & hoſpites obſervabimus, inſimul hyemationes plurimarum, & ultimis quidem locis *Hirundinum Ciconiarumque* hybernacula ſcrutabimur.

§. XVII.

Primae Familiae, Didactylorum, *unicum* & Secvndae, Tridactylorum, *primum* & *ſecundum* Genus, Struthio nimirum ejusque nothus cum Caſuario in Pruſſia non apparent, niſi captivæ aliunde introductæ. E contra *Tarda* (*ordo* §. *14.*) jure inquilino utitur vel potius abutitur, hyeme olera quæ ſuperſunt in hortis & nobilium & ruſticorum conſumens, nec diſcedens, ſtationes ſolummodo mutat. *Tardam minorem* **Triell, Griell,** non marem ſed fœminam ſemel tantum vidi & guſtavi, cujus effigies in *aviario Bareithano;* neſcius an advena an vero indigena ſit avis, ſolummodo atteſtor, feminam ovis maturis prægnantem fuiſſe.

§. XVIII.

Ex Secvndae Familiæ Genere IV ſaltim *Gavia vulgaris viridisque* nec non *littoralis* nobis familiares ſunt. Compertum habemus, Gavias in vaſtiſſimis paludibus Lithuanicis, *poleſcianæ* dictis (§. V.) imo in ſubhorridis ſylvis Pruſſiæ conterminis, ibidemque in locis paludoſis, per multa agmina hybernare; nulli dubitamus, *Pardalos* Gaviis affines harum ſortem ſecuturos. Gavia littoralis, ſive *Hiaticula* vera, **See-Mornel** per paria littora maris frequentat æſtivis menſibus, ſed difficile dictu, quando appareat & quando diſpareat. Forte, quod avis maris baltici & germanici littora lambens, cum Scolopacibus verſus autumnum in Angliam vel ad Boriſthenem petit; vel forte ſtationes littorales juxta maria gallicum & hiſpanicum ad fretum usque herculeum mutat, rurſusque exinde ad nos redux, minime in Africam tendens, quæ indigenas colit Hiaticulas.

§. XIX.

Nec Hæmatopus, neque Himantopus ſ. Loripes (*ordo* §. *14*), quod ſciam, ad nos pertinent. Vocabula eandem nomenclaturam habere videntur non attentis ad vim vocum; aves autem inter ſe valde differunt.

§. XX.

§. XX.

Tertiae Familiae Genus I *Psittacus* (*ordo* §. *15*) avis indica est. Carolinienſis (§. VII) intra Americam peregrinatur; forte & alii Pſittaci aliis in locis utriusque Indiæ.

§. XXI.

Pici (*ordo* §. *16*) niger, viridis & varii, cum *Torquilla* permanent, nec ex Pruſſia diſcedunt. Cæruleus, ſive *Sitta*, Picus non eſt, ſed Parus maximus. Quod ad *Cuculum* attinet (*ordo* §. *17*) de eo ſupra §. VII. Alcyonem *veterum* non eſſe Iſpidam, ſufficienter comprobaſſe confidimus; *Iſpida* vero noſtras (*ordo* §. *18*) ſine ulla conteſtatione nobis per integrum annum adeſt, noctu in foraminibus ad alta littora fluviorum degens, interdiu ad venandos piſciculos exiens, pullosque æſtate in iisdemque cuniculis excludens. Plura infra.

§. XXII.

Qvarta Familia numeroſiſſima eſt. *Aquilæ* (*ordo* §. *20. 21*) non diſcedunt, quaſi migratoriæ. Sic Accipitres islandici perperam creduntur in Norvagiam transmigrare (unde eſt, quod communiter Falcones islandici vocantur norvagici) nedum in Germaniam vel in Italiam, & multo minus ad Nilum usque, cum potius quotannis multis ſumptibus in Daniam transportentur; rurſus Falcones tunetani ultro Archipelagum non transvolant. In Sileſia Aquilam *nigram* hyeme inprimis obſervari, autor eſt *Schwenkfeldius*; ipſe etiam Aquilam *naeviam* menſe Decembri cepiſſe teſtatur; *Milvum* autem *regalem* præter omnem neceſſitatem vel in arbore per hyemem condit, vel migrare jubet, forte, quod hæc avis ipſi hyeme in conſpectum non venit. Quando arborum folia in Pruſſia decidunt, Accipitres ſtationes ſuas mutant, in proximas ſylvas denſiſſimas ſe promoventes, ubi ſecuri feris quadrupedibus & pennariis imperant, peregrinantibus hominibus haud raro apparentes; ineunte vere derelinquunt nemora umbroſa, ſeque per genera ſua in ſylvis lucifluis diſtribuunt, ex quibus per arva venationi magis commode incumbunt, quam in denſiſſimis ſylvis noviter virentibus. Sic hyeme in obſcuris pererrantes, nec ſe condere coacti, quod ubique victum lucrantur. Anno 1747. VI Febr. Mariæburgo ad me miſſa Aquila *anataria*, Schell-Adler & XIII Febr. ej. an. Aquila *fulva ſeu aurea*, Gold-Stein-Adler, ex prædio nobili, *Grunau* dicto, Pruſſiæ noſtræ; ponderis hæc fuit (licet jam ante

quatuor

quatuor vel quinque dies ſclopo fuerit necata) 11 librarum; alis expanſis æquabat 7' par., a vertice ad plantam pedum 2'. 3''; a capite ad extremum caudæ 2'. 8'' par.

Idem obtinet circa *Vultures* (*ordo* §. 22. 23), qui plerumque juxta oras ſylvarum prædam obſervant, & cadavera in campis recentia appetentes; nonnulli, qui & piſcibus delectantur, juxta ſtagna fluviosque interdiu confident, ad piſcatorum ſpolia derelicta attenti; quidam haud procul a villis ruricolarum, quæ ſylvis proximæ ſunt, morantur. Ipſe vidi Milvum media hyeme Cornicem juxta viam publicam deplumantem.

Falconum (*ordo* §. 24. 25) unum aliquando in ſylva, duos Regiomonti Columbas infeſtantes hyeme necavi. An. 1747. 6 Febr. Falconem manibus aureis roſtro nigricante &c. Mariæburgo accepi, & diverſis diebus *tres* ex albo & cinereo variegatas *Ululas* ſecundæ magnitudinis, quarum duæ adhuc dum in vivis; Sic Accipitres hyemem non perhorreſcunt, ut in tepida loca migrare cogerentur. Et *Ululæ* primæ magnitudinis (*ordo* §. 26. 27) ſcil. *Bubones* noctu per hyemem in civitate gedanenſi tumultuantur, multasque turbas excitant inter Cornices granariis inſidentes. Ejusmodi avem hyeme 1712 Elbinga, una cum Cornice per fumarium deciduam vivam mecum ſumpſi, & in Thermopolio famato mumberiano Gedani depoſui. *Lanii*, **Neuntödter**, (*ordo* §. 25) in hortis & juxta vias publicas fruticibus obſeſſas perdurant.

§. XXIII.

Quod *Corvi*, *Cornices*, *Monedulæ* (*ordo* §. 28) ubique locorum hybernent, nemo dubitabit; cadavera & quæcunque alia, perniciosa aliquando generi humano, dirimentes, grana in ſtratis arborumque fructus legentes. *Pica* vulgaris (*ordo* §. 29) manet in conſpectu, pediculans ruſticorum porcos, quod officium lupo ad invidiam usque denegatur; Paſſeres quoque e latebris tollere egregie novit. *Picas glandarias* vero & *nucifragas* in ſylvis offendes, ubi ſuas habent penuarias cellulas, autumni tempore conſtructas. *Sturnos* (*ordo* §. 29) Gavias ſequi judico, quod has in campis pratisque per æſtatem ſibi habeant familiares, idcirco & cum ipſis ſimul diſcedant, vel quod ſeparatim & gregatim in majorem Poloniam abeant, inde juxta montes carpaticos ſemicirculum Crima tenus deſcribant, ſeque in Ukrainam ad pecora in campis hybernantia conferant, ſive eadem via, ſive per Lithuaniam, quaſi mendicantes loco in alium ad nos tandem redeuntes. In Anglia per totam hyemem perma-

nent (*Will. p. 145*) indubitato argumento, quod ubique locorum perdurent, ubi tellus non multo frigore rigida victum sibi comparare non prohibet; ex Suecia, testante Domino Linnæo, versus autumnum in Scaniam descendunt; hujus indolis & *Cornices frugilegæ* forent, quamvis & hyeme clementiori has aves in campis nostris offenderim. Ubi *Psittacus germanicu*, sive Garrulus argentoratensis, Blaue Raacke (*ordo §. 29*) avis per paria solitaria, maneat, pro certo dicere nequeo; nec tamen sonticas habeo causas, quæ obstarent, quo minus vel in Ukraina Russorum vel in Tartaria crimensi subsistere, victumque ex aristis segetum sub dio in acervos congestis, quærere possit, successive per campos Poloniarum eo tendens.

§. XXIV.

Turdi omnes, viscivorus; medius vel pilaris; iliacus Zipff-Drossel; minimus sive musicus; niger s. Merula (*ordo §. 30*) per multitudines in sylvis nostris nidulantur; in sylvis olivensibus hyeme pilaris præcipue capitur; reliqui ad densiora nemora refugiunt, sat cibi a sorbis aliisque baccis sibi comparantes. Quodsi autem nidulentur apud nos, sequitur æstatis calorem prout hyemis rigorem perferre posse Turdos; hinc porro sequitur, nimis duriter judicare Dn. ZORNIVM *Petinotheol. I. p. 425* iracunde pronuntians ineptam sententiam, ungeräumt, acsi *Turdus pilaris*, caloris impatiens, appropinquante vere in sylvis se abscondat. Non se abscondit, sed in conspectu venatorum in sylvis nidulatur; sic Turdi qui hyeme apud nos perdurant, æstatem non verentur, ut a nobis discedant, etsi forte in comitatu *pappenheimensi* invisibiles fiant. Quodsi autem millenarii Turdorum & pilarium & reliquorum, cum unius sint generis, in sylvis nostris nidulentur, non abeuntes sive ob ingruens gelu, sive propter intensum aliquando calorem, quare non etiam bimilliones (*Petinoth. I. p. 421*)? Inde tamen non sequitur, quod nemo harum avium plus ultra in alias regiones pergat. Non obstante generatione amplissima in Prussia, singulis autumnis, prævia trucidatione nostratium, incredibiles multitudines exterorum Turdorum ad nos pelluntur; primo Turdi musici, quos sequuntur iliaci, ultimo loco pilares, intermixtis viscivoris, ultimi non tanta multitudine ac reliqui. In sola Prussia *iliacorum* & *musicorum* myriades suffocantur, *pilares* vero in areis aucupariis trucidantur. Ultimo autumno 1746 Gedani $\frac{10}{m}$ paria turdorum in regestris accisarum numerata; &, bone Deus, qui furtive in civitatem importantur, & extra

tra ſtationes acciſarum in diverſoriis hortisque civium olivenſibus conſumuntur, triplo majorem numerum ſine dubio abſolvent. Cum vero quotannis obſervaverimus, exercitus alitum ex Livonia per Curlandiam juxta littora maris baltici & per tractus continentis in Pruſſiam irrumpere, aliter vix fieri potuit, quam quod ex Lapponia & vicina Siberia migratoriæ aves cum indigenis Lithuanicis & Livonicis conjunctæ ultra proficiſcantur. Illarum expeditio circiter 14 dies poſt feſtum S. Michaelis n. ſt. durat; non interemptæ in ſylvis & dumetis noſtris indicibili copia ultra abeunt in Alpes usque, exinde Turdi minores vineta Italorum permeant, ſpicilegia racemantes. Quotquot ſupermanſerint, forte in circulo per Scaniam & Sueciam, Lapponiam Siberiamve repetent. Putat quidem Dn. Zorn, Turdos pilares ex patria ſub ducibus vel illicibus ſuis (auf die Locke) ad usque diſtrictum Germaniæ pappenheimenſem advolare, ut nec unica remaneat; verum ipſe judicet, quodſi omnes abirent, nemo autem hujus exercitus ſupereſſet, qui rurſus in patriam rediret, de ipſarum expeditionibus annuis mox actum foret. Me judice, etſi omnes in expeditione interirent, tamen ſufficiens in patria manſurus numerus, quo multiplicato denuo expeditio nova ſuſcipi poſſit. De his avibus valet modus loquendi, quod multitudinis ſint, tanquam arenulæ littorales marium, i. e. innumerabiles. Sed unde eſt, quod doctrina polleant in expeditionem ejusmodi annuam & forte in circulum pelli aa)? & cuinam facile ſuboleret, coactos fore Turdos, ut ſeſe Indis ſubjicerent bb)? Indiæ ſeptentrionali, prout ſupra certiores redditi ſumus, proprii quam plures Turdorum & indigeni ſunt, limites ſuos transvolare nolentes; & ſi ſeptentrionales ex Lapponia, Siberia & Poloniarum regno in Indiam orientalem peterent, vereor, ne cis lineam perirent. Quotannis avem canoram in ſalictis nonnunquam paludoſis & arundinoſis (in Auſſen Teichen) audiens *Merulam aquaticam*, the Water Ouzell *Will. Albin.* II. 39. Motacillam pectore albo, corpore nigro *Linn.* (cujus deſcriptio apud autores) eſſe divinabam; donec menſe Junio anni 1747 me præſente juxta deductorium Rickſortanum ſclopo cantillans necata in manus meas ceciderat, poſtera die a filia picta, Turdum eſſe quilibet mecum ſentiet, tota facie avis inſpecta; cui nomen impoſui:

Turdus muſicus paluſtris, dumetorum, arundinum; Bruch-Weiden-Rohr-Droſſel; Fig. 3.

ad diſtinctionem Turdi muſici in altiſſimis; hunc ille aſſidua cantilena

imitatur, plerumque vel intra vel extra aggeres insularum gedanensium (Binnen- und Aussen-Teichen) inter salices pumilas degit, nidulans in terra super colliculis muscosis ad loca paludosa, dumetaque & arundines frequentans a primo mane ad seram usque vesperam indesinenter cantat, quamdiu fœmina ovis incubat. Magnitudine est Turdi musici vulgaris, *ventre sordide albicante intermicantibus cinereis squamulis, supera corporis parte ex lateritio fusci coloris.* Rostrum nigredine tinctum, Turdorum rostro simile, ab angulo interiore ad exitum 11''' par. longum; a naribus ad extremitatem parum uncatæ mandibulæ superioris 7'''; ab unco ad exitum caudæ absolvit 7''. 4''', ad extremitatem medii digiti 7''. 3'''; hic 8''' est; posticus 7'''; alis expansis 10''. 4'''; cauda ab uropygio 3''longa; ore aurei, oculis avellani coloris; pedes habet nonnihil cærulescentes, uti Parorum pedes esse solent, ex compositis lamellis squamatos; nullibi offendi, quod sciam descriptum nec delineatum, & si primo motu in avem, quæ Hedge Sparrow, ceciderim, *nat. hist. of Song Birds* London 1738. in 8. p. 81. An Junco sit *Aldrov.* Cinclus *Turn.* the greater Reed Sparrow, *Will.* cujus exacta figura desideratur, descriptio autem ad nostratem proxime accedit. Cæterum in horam usque pro certo non scio, quænam avis sit *Merula aquatica*, nec facile mihi quispiam ex figuris & descriptionibus omnimodo diversis ad captum monstrabit, quæ insuper piscivora dicitur, aviculam. Ubinam ille, quem descripsimus, hybernet, non opus est scalpere caput, unguesque mordere; sane non transvolaret in Indias, quod in densis paludosisque sylvarum secessibus, cum reliquis sui generis ad sustentandam vitam adæquatæ naturæ suæ hybernacula offendat.

aa) *Bellon.* de la nat. des oys. I. p. 11: Qui leur apprend l'election des vents propices à cet effet, & choi sur l'endroit du ciel pour s'elever en l'air, & ne faillir leur chemin sans guide, si non Nature?

bb) *Aitinger* p. 297 refert, piperis grana in ipsorum stomachis observata esse; si verum hoc, in India, in Java aut in insulis moluccis fuissent. Sed certo persuasus sum, juniperi semina pro piperis granis sumpta esse.

§. XXV.

Quod *Icteri* & *Merulæ* apud nos permaneant, documenti loco sunt illarum præcoces generationes primo vere præ aliis avibus, in primis *Merularum*, quarum pullos cives nostri appetunt, utpote valde dociles ad recitandos sonos fistulantis oris humani; nihilque obstat, quin ambæ aves, sagaces pariter ac Turdi, hyemem superare, deque victu sibi prospicere possint.

ſint. Hoc ſeculo, licet differenato, nondum tamen abolitum deprehendimus caliginoſum veterum præjudicium: Quod non quotidie in oculos nobis incurrit, id procul a nobis eſt; in primis ubi concurrunt autoritates & aſſentationes ſive veræ ſive falſæ & fucatæ; meis aliorumque vel ſemidoctorum, modo nullo præjudicio correptorum hominum oculis & propriæ non ſimulatæ experientiæ plus debeo, quam narrationibus *Ariſtotelis* & *Plinii* ex auditu, vel ſiniſtris ratiociniis *Bellonii* de obortis variis phænomenis; nullas aves, ſine ſufficienti ratione, vel ex Europa relegaturus, vel in terra, nedum in aqua , vel in arboribus aut in ſciſſuris rupium ſepulturus. *Merula torquata* apud nos rarior eſt, ut certiſſimus non ſim, utrum in Pruſſia nidificet, an vero aligero exercitui exterarum avium, inprimis turdis ſeſe immiſceat. Nonnulli me certiorem reddere voluerunt, quod & in Pruſſia genus ſuum multiplicet; hoc pro certo ſcio, hyeme eandem accepiſſe vivam; Jam vero, ſi hoc verum, utique dicendum, avem non abire, nec ad faciendos pullos verno ſaltim tempore redire. Ubinam autem morabitur hyeme? In tectis noſtris non conſidet; nemo eandem arboribus cavis, terræ vel aquæ committet; nihil itaque ſupereſſet, quam quod ſylvas noſtras & vicinas pro domicilio habeat, in iisque latitet, quamdiu oculis noſtris ſubtracta manet. *Gnaphalus* hyemalis avis migratoria eſt, ad nos ex Bohemia, ut dicitur, accedens; ſecundum *Aitingerum* p. 297 ex Campania huc advolat avis neapolitana. Sed libenter ſcirem, utrum refrigerationis gratia in noſtras regiones veniat, an vero, ut ex ſorborum baccis ſibi mortem acceleraret? Nunquam audivi, hujus avis pullum ullo tempore apud nos viſum eſſe.

§. XXVI.

Alaudarum (*ordo* §. *31*) non niſi tres ſpecies in Pruſſia: Alauda ſcil. *viarum* ſive criſtata; Alauda *ſylveſtris* & Alauda cœlipeta vel canora; quibus nonnulli addunt Alaudam *pratorum* cc). Muſeum ſui limen per integram hyemem non exivit, qui aſſeverat *Alaudas omnes* Pruſſicas migrare, prout papppenheimenſes migratorias aves eſſe teſtatur Dn. *Zorn* I. p. 420. Alle Lerchen - gehen gänzlich hinweg. In Pruſſia prima ſpecies, *Alauda* ſcil. *criſtata*, graſſante hyeme in villis juxta vias publicas, in conſortio Paſſerum & Emberyzarum citrearum (**Goldammer**) ubivis obvia nobis; *Sylveſtris* erratica eſt avis, non tamen ultra ſuos terminos vias per ſylvas ducentes, hisque proximas frequentat, in iisdem victum ſuum quærens; imo qui Alaudam *cœlipetam* avem migratoriam eſſe evin-

cere velit, contra quotidianam loqueretur experientiam. Media hyeme has aviculas per greges obſervare licet illi, qui obſervandi occaſionem habet, eamque præoccupatus non negligit. Sæpiſſime examina talium avium tam e longinquo (plurimas enim aves ex volatu ſatis bene diſtinguere gnarus) quam ſatis proxime oculis meis vidi & obſervavi. Ejusmodi examina per campos ſementis peractos, hyeme perquam ſevera, peragrare vidi, idque horis communiter matutinis, ſole propitio, demetentia propullulatas fruges herbaceas, rurſusque poſt circiter quadrantem horam remigrantia unde venerant ad loca, extimis ſylvarum oris vicina; alia idem patrabant ſuper colliculis per calorem ſolis nive orbatis. Haud procul a civitate inſterburgenſi, in prædio Babainen, venatione primis Februarii diebus habita, primo mane e longinquo obſervavi examen avium ſuper area quadantenus uliginoſa ante portam horrei; ingranavi poſtea illam aream a nive, in campis ſatis alta, liberam, alas horrei leviter claudens. Sequenti die ante ſolis ortum, ad manus ſclopum habens in horreo conſedi; Ad adſcenſum ſolis numeroſum avium examen aream occupavit; tandemque exploſo ſclopo obtinui 36 Alaudas, tres Chlorides & 6 Paſſeres; Alaudæ erant bene corpulentæ & boni ſaporis, non quidem adeo pingues. Si ſcire deſideras, ubinam Alaudæ ſua hybernacula habeant, expertus indicabo: quod ſub ſaxis & ſub radicibus annoſarum quercuum in arvis & juxta oras ſylvarum gregatim habitent in terra, unde pro lubitu exire poſſunt; forte & ſub aliis arboribus in ſylvis reclinatoria ſua in autumno parant, unde favente tempeſtate vel ſemel quotidie exeuntes ſegetem virentem quærunt, & demetunt. Ne autem gratis hoc aſſeveraſſe videar, expertus iterum teſtor: Vulpem talia reclinatoria prodidiſſe, quæ indagata debellare contendit, unam vel alteram pluresve aves, ni ſtructura hybernaculorum obicem ponit, habiliter depromens; hancque ejus ſcientiam ſæpius relictæ pennæ plumæque probant, pro plumis Alaudæ certius cognoſcendæ; unde eſt quod *Willughbejus* recte (de Alaudis quidem anglicanis) ſcribit (§. ſupra I. not. b) „Alaudam hyeme minus rigida mirifice pingueſcere; ergo ex Anglia Alaudæ non abeunt in loca tepidiora; imo media hyeme & Alaudæ & Scolopaces Londinum comportantur. Inſuper ad teſtimonia tam aucupum noſtratium, quam civium provoco, nimirum: ubi ultimis diebus Februarii *Matthias*, ut vulgus loquitur, glaciem fregerit, Alaudæ ad aulam noſtram Arthuri venum exponuntur liquidis auris; oborta tempeſtate auſtera, denuo Alaudæ evaneſcunt. Jam vero quis tam inſenſatus crede-

crederet, aves denuo loca tepida vel ipsam Africam petituras; interim alicubi a frigoris, aliquando ab altæ nivis deciduæ injuria se securas reddere tenentur; sic recte judicamus, Alaudas derelicta reclinatoria sua repetere, usque dum non dura amplius excitetur tempestas; nam sub nive, prout lepores, subsistere non possunt, & si reclinatoria præfata ipsis præcludere velis, aviculis nullum superesset asylum.

cc) Alauda pratorum, me judice, non nisi juvenis avis cœlipeta est, annum aetatis cum dimidio nondum superata, cujus calcaneus postici digiti brevis adhuc est, vid. *Frischii* figuras. *Schwenkfeldius* Alaudam cœlipetam ad loca tepidiora recedere credit, cum tamen cristatam non dimittat: „Cristata hyemis praesertim tempore in viis obvia„ & secundum eundem autorem: Alauda sylvatica hyeme secus itinera conspicitur, & in sylvis degit.„

§. XXVII.

Inter FICEDVLAS (*ordo* §. *32*) absolvunt *Luscinia* sive *Curruca* (*ordo* §. *33*) Tribum I. Si ulla alia avis erratica est, tellurem liniens (Streich-Vogel) sane Luscinia hoc nomen competit; semper telluri proxima in fruticetis degit, non alium quærens victum in libertate, nisi insecta minora, Formicas inprimis earumque, quæ vocantur, ovula. Quam primum ejusmodi insecta prodeunt, illico adest & auditur *Philomela*, mature etiam ova sua in terra sub plantis herbaceis ponens. Ubi Formicæ disparere incipiunt, fit Luscinia avis erratica, quærens superstites vermiculos, Araneas earumque deposita ovula. Quo autem jure ejusmodi aviculas migrare longumque iter suscipere juberes judex severe, & quidem sub pœna præclusi, ut sese rursus ultimis diebus Aprilis reduces sistant, quod facultatem non habes imperandi *Ciconiis*, ut sub harum remigrantium plumis occultentur, prout Trochylus sub uropygio Aquilæ. Nobis potius subolet, quod cum Hirundine riparia paria fata patiantur Luscinia & Curruca, sibique hybernacula in altis & arenosis littoribus fruticosis, vel sub radicibus arborum comparent, famemque profundo somno superent. vid. *Franzium*, qui *Aristotelem* Lib. 5. c. 9 sequitur: liberæ auctumno latent adveris usque tempus, & lib. 9. c. 49 videtur non diu, latet enim. Sunt, qui auctoratos se credunt, adunco naso suspendere ita sentientes (*passim Dn. Pastor Zorn Petinoth*); parumque abest, quin *Catesbejus*, quem in operibus suis magni facimus, *nos* cum turba civitatis compararet, quæ non novit leges naturæ; Sic enim, *remarquez sur les oiseaux d'Amerique*, stomachose scribit:

„Ce qu'on dit d'eux, qu'on les trouve engourdis dans les cavernes „& des arbres creux, ou qu'ils demeurent immobiles & dans le même

„état

„état au fond de certaines eaux profondes, *ſont des relations ſi mal at-*
„*teſtées* & d'une ABSVRDITE' *ſi frappante, qu'elle ne merite pas, qu'on*
„*y faſſe attention*„

Et apud Edwardum (*nat. hiſt. of Birds*, preface p. XIII.) hæc leguntur:

„Many would meke Sleepers of them, and ſay, they retire to ho-
„les under Ground, and in hollow Trees - and that they are ſo fat, that
„they cannot fly tar at the Times they diſappear, which Fatneſs i take
„rather for a providential proviſion, to enable them to take a flight of
„many Days without being quite exhauſted and ſpent. A *farthe* Rai-
„ſon - that no ſuch Sleeping Birds kave at *anytime* by found, and *all*
„*the reports* of theſe things are ſo uncertain, that no ſober Man can at
„all depend on them.„

CERTE, dura utraque ſententia ornamento non eſt viris de hiſtoria naturali non ultimo loco bene meritis. Optimus *Catesbejus* non negavit inſecta *animalia* eſſe æque ac volucres, inter quas & aves; non negat inſecta volitantia. Jam vero inſecta dormitoria ſua habere non *abſurde* ſcribit, e quibus lethargia correpta, a Certhia, a Sitta avibus, extrahantur (*des inſectes logez* dans leurs *dormitoires d'hyver*, & *dans un état engourdi* Ordo av. §. 34. no. III). Quid, quæſo, obſtaret, quin & aves longam noctem dormirent? *Jo. Cajus* vult, & *Pupinum*, avem *marinam* & gregalem, ſua habere latitandi tempora, ut Cuculum & Hirundinem *rarior*. p. 98 ne dicam de *quadrupedibus;* de MARMOTA &c. Invito vultu riderem migrationem Philomelæ in Africam, ſed me non decet, commovere cachinnos irridentium, etſi neutiquam obliger, aliorum erroneas ſequi opiniones; per me tamen licebit, ſi quis crederet *aves* in *Lunam* migratorias vel in incognitam nobis inſulam, aut aëream, atmoſphæram noſtram ſuperantem; *Miſcell. Harlejan. Vol. II. p. 558. Edward. II. p. 114.* Non niſi animoſus hiſtoriam nonnullorum *Papilionum diurnorum*, Muſcarum, Scarabeolorum & plurium inſectorum rideret, quæ in hypocauſtis hyeme non calefaciendis ante feneſtras emortua jacent, nec tamen vel a fece civitatis vita privata eſſe creduntur, quin potius appropinquante vere vita rurſus valere incipiant, reſurgant, & ad volatum ſe accingant. Deficientibus Muſcis hyeme Aranei non manducant, non telam faciunt, ſed ſaturate dormiunt; ut iterum Angues noſtrates aliaque animalia taceamus. Sic & arbores dormire dicuntur, prout *hortulani* loquuntur, qui oculos arborum dormientes (**ſchlaffende Augen**) fingunt, usque dum ſancti phyſici & miraculoſi *Fabianus* & *Sebaſtianus* per motum

tum arboribus vitam rursus imprimant. Quidni ergo possibile foret: nonnullas aves similem, ac alia animalia, lethargiam (cum vel in minimis Deus) contrahere, & verno tempore, defrictis pupillis, vigescere. Privatio vitæ mors est; hæc statim contrahit putredinem, quæ tandem corpus dissolvit. Perperam autem concludimus, avem vel insectum, sive in aqua sive in terra, sive in angulis quibuscunque terrarum delitescentes necessario putrefieri, si non pro certo præsupponamus, talia animalia absolute mortua esse i. e. vitam amplius non habere. Quamdiu animale corpus non subiit mortem, regulariter putredo nulla locum invenit, quamprimum autem vita privatum est, illico & ordinarie putredinem contrahit, qua tandem dissolvitur.

§. XXVIII.

Ex tertia Ficedvlarvm gente (*ordo* §. *35*) *Sylviarum* nonnullæ conduntur, quædam solitariæ vagantur; omnes determinare frivole, quod experientia nondum sufficit, conarer, sed & nimis audacter sentirem, has aviculas nescio in quas regiones calidas propellere. Relegat benignus Lector catalogum avium americanarum. Hoc pro certo scio, me hyeme venationem luporum secutum, inter plures aves pulsabulis & vociferationibus hominum (durch die Klop-Jagd) excitatas, *Ruticillam*, Roht-Schwantz, in sylva Lithuaniæ vicina observasse; Ipse Rev. Dn. *Zorn* I. p. 435. plures rubeculas anno 1741, Roht-Kehlchen, hyeme in suo horto habuit, quas tamen inter aviculas molliusculas & tenerrimas p. 434 numeraverat. Sic victus ipsis non defuit, licet nullæ Muscæ præsto sint sive in hortis sive in sylvis; bene tamen ex reclinatoriis suis depromuntur; habuit quoque in horto sibi præsentem *Acanthidem* (p. 112), quæ aviculæ nobis durante hyeme venum exponuntur. Et quid de *Passere trochlodyte*, de *Regulo* & *Calendula* (*ordo* §. *34*) dicendum? ad sepimenta & fruticeta nobis obviis. Sic *Schwenkf.* „Passer trochlodytes hyeme adest - Reguli manent.„ De *Regulo cristato* americano rursus *Catesbejus app.* p. 13: „Cet oiseau, qui est le plus petit de tous nos Oiseaux „Europeens, est aussi un habitant du nouveau monde, comme de l'ancien, & dans leurs latitudes paralleles.„ Sed quis dixerit: *ergo Reguli americani sunt Reguli europæi.*

§. XXIX.

Hirvndo, quæ Caprimvlgvs (*ordo* §. *37*) non amplius apparet, Scarabæis similibusque insectis jam conditis, vel in terra sepultis, aut subit

fata Caprimulgi americani, aut Hirundinum sive murariæ sive ripariæ, aut in itinere sequitur Sturnos. De Hirundinibus cauda divisa, *infra*.

§. XXX.

Pari hyemem non verentur, victuque potiuntur ubique locorum. In hortis seduli, præ hortulanis ganeariis, ad tollendos nidos erucarum maxime nocivarum, Ringel-Raupen, quorum ovula pastinando solvunt & linguis inaniunt.

Enucleatores pariter, *Chlorides*, *Rubicillæ*, *Loxiæ &c. miliaria cana*, prout Passeres (*ordo* §. *40. 41 seqq.*) stationes suas ultra terminos non mutant. Passer nivalis s. *Emberyza varia* avis *migratoria* est; prima hyeme macilenta ad nos venit ex Lapponia, gregatim per majorem Poloniam tandem ad Alpes usque carpaticos pergens mensibus Februario & Martio redux est, bene saginata avis. Germaniam non in copia permeat; Berolinum in mensam regiam aliorumque Principum ex Prussia mitti solent. De *Passeribus vulgaribus* nemo dubitabit quod & hyeme nobis sint familiares ad molestiam usque. Passerem *arundinum* nondum satis cognitum habeo. Intra arundinetum ad deductorium Rickfortanum egregie cantans sclopoque necatus in manus meas cecidit Lanius quem homines dicebant *Passerem arundinum*; hunc Ornithophilis in naturali magnitudine & exacte pictum exhibeo; nullatenus *Passer* est, sed ex *Laniorum* familia, *Lanius arundinum* Passeris coloribus varius singender Rohr-Wrangel & Ficedulas & pisciculos venatur; supera corporis parte alis caudaque ex ruffo & subnigro coloribus prout Passeris vulgaris mas varius; ad oculos macula ruffa; rostrum pedesque Laniorum sunt; oculi
Fig. 4. nigri; cum figura nostra conferantur autorum descriptiones *arundinum Passeris*; sed forte Passer qui vocatur arundinum, & mihi non satis notus in arundinetis lacuum amplissimorum socius erit *Trochlodytis*, in primis in stagnis, quæ sylvis proxima sunt, semina arundinis cannæque appetens, nec non innumera sub foliis arundinum latitantia insecta varia. De *Fringilla* & *Acanthide* supra (§. III), ultimæ per integram hyemem in magna copia mensis nostris inferuntur (§. XXVIII) & vocantur: Spies-Zeisichen. *Carduelles* in conspectu omnium hominum loco in alium moventur peragrantes hortos camposque, semina florum quæ restant, carduorum &c. legentes.

§. XXXI.

§. XXXI.

Notatu dignum, quod SCOLOPACES (*ordo* §. *46*) incredibilibus multitudinibus verno tempore loca uliginosa prataque nostra occupent, omnibusque in locis nidulentur, & appropinquante autumno turmatim avolent, in Anglia autem per æstatem non conspiciantur, non nisi in autumno frequentissimæ, totaque hyeme permanentes & demum versus ver (nonnulli putant in Islandiam) discedentes. Aut & nostrates Angliam petunt Tamesinque flumen salutant, aut ad Borysthenem abeunt, in alterutro loco hybernantes; quodque *Glareolæ* Gallinaginibus affines sunt, iisdem moribus forte utuntur illæ cum Scolopacibus, vel in sylvas vastissimas ad loca paludosa abeunt, quoniam una cum *Gaviis* primi veris nuntiæ sunt, frigore nondum sublato; ante aliquot annos mense Martio ingruebat frigus glaciale; tum temporis pagum Praust petens ad littus antiquæ Radaunæ in depressis colliculis, Palumbos, Alaudas, Gavias & Glareolas offendi socias sibi, quas scloperto marsupiali necare licuisset. Dn. *Christ. Bernhardi* M. D. & Pract. me certiorem reddidit in locis uliginosis sylvestribus hyeme inter alias aves & Glareolas excitasse.

§. XXXII.

MELLISVGAE; Tominegi, Honigsauger, Schmetterlinge, Humming-Birds (*ordo* §. *49*) & plerique Falcinelli, Baumkletten (*ordo* §. *51*) in Indiis stabulantur. Unica *Certhia* nostras est. Hæc avicula cum Philomela & Curruca paria fata subit. E contra Numenius primus, Regen-Vogel, Braack-Vogel ex Falcatoribus (*ordo* §. *50 & 52*) quotannis ab *Hypocæcia* medio Aprili ad primos dies Maji ad nos venit, quam plagam iterum exeunte autumno abiens sequitur. Interdiu & noctu clara sua voce quidem auditur, sed supra nubes volitans videri nequit; *Upupam* vero, Kohthan in finibus Poloniarum pererraturam natura sua non prohibet.

§. XXXIII.

De GALLINACEIS (*ordo* §. *54*) campestribus & sylvestribus vide ordinem avium, avesque lapponicas. Quod in specie ad Coturnicem (*ordo* §. *56*) attinet, in antecessum tenemus, Ortygometram sive Rallum terrestrem, Erdrall (*ordo* §. *48*) cum Coturnice non esse confundendam ff). Ambæ quidem humiliter volant serpuntque per aërem, sed longe velocius & in linea recta Coturnix præ Ortygometra; hæc difficul-

ter & vacillando movetur, mox iterum in terra confidens & impensius currens, quam volans, ut mere terrestris avis videatur.

ff) *Augustin. in Exod.* quaest 62. Aves, quas Coturnices multi latini interpretati sunt, cum sit aliud genus avium Ortygometra, quamvis Coturnicibus non usquequaque dissimile. Et *Aristot.* ambas distinguere videtur, inquiens: Cum hic discedant Coturnices; simul discedit Lingulaca & Ortygometra & Otus & Cychramus. Multi hanc avem ducem Coturnicum salutant. Sed nihil cum genere gallinaceo commune habet, cum Coturnix sit minima gallinaceorum. Recte sic *Willughb.* Ortygometra tota corporis specie aves aquaticas, *Gallnulas* (ad quas *Rallus*) praecipue refert.

Sunt COTVRNICES aves lascivientes; nonnulli nomen derivant a copia, quod earum ubique copia est. Disparent quidem hyeme apud nos, ideo tamen *nostrates*, aut quas vocat *Bellonius: russicas* in Africam migrare, non comprobarem; naturæ nostratium magis convenit in vicinia peregrinari quam fervorem Africæ subire, ubi Coturnices indigenæ, & quidem major earum copia est, quam in Europa. Hanc avem communiter noctu tellurem linire comperimus, interdiu a lassitudine quiescens & pabula sumens, longum quippe volatum non persequitur. Africanæ ab americanis & nostratibus tota specie corporis differunt; maxime remotas stationes suas non longe trans sinum arabicum cum littoribus maris rubri permutantes gg); ponderosæ enim sunt aves & humiliter volantes; quas *Plinius* potius *terrestres* quam *sublimes* appellavit; adeo demisse volitant, ut cis citraque sinum arabicum parietibus retium, sui gratia erectorum, intricentur. Sic nec ulla necessitas russicas, polonicas vel & asiaticas Coturnices urget, appetere torrens clima africanum, cum e contra africanis perinde sit, utrum in Africa an vero in Arabia, ejusdem latitudinis stationes suas certis anni temporibus habeant, quæ vero in Polonia auram quadantenus inclementiorem æstivis temporibus vix perferrent hh). In *Persia* Coturnices ab europæis differre ex Diarii Itinerum *Jo. Wilh. Vogel* appendice colligere licet, quas eine Art Vögel den Wachteln nicht ungleich vocat, aves Coturnicibus similes. Sed nullibi Coturnicum copiam majorem quam in Ægypto & vicinis locis, *Josephus* & *Diodorus* referunt; quarum speciem parvam, Ægypto peculiarem, cum certa anni tempestate absumere non possunt, sale condire coguntur terricolæ.

gg) *Josephus:* Hoc avium genus prae ceteris alit arabicus sinus; & *Diodorus:* Calamis ex vicina regione detonsis & fissis longa retia parabant, quibus prope littus in multa stadia constructis Coturnices, quae per *magnas greges* ex mari eo se conferunt capientes earum colligebant, quantum ad victum sufficeret.

Et

Et insula *Delos*, maris mediterranei innumeras Coturnices alit, unde *Ortygia insula* dicta, & *Latonæ* fabula ortum habet, quae paritura in Coturnicem transformata & in hac insula consedisse narratur. *Aloysius Mundella* in epistolis scribit: ad maritimam regionem circa *Pisaurum* ingens copia Coturnicum adventare consuevit, & mille insidiis capi, sed potissimum sub extremi verni temporis illarum adventu observato. Necessario itaque ex Africa redeuntes in Prussiam & Russiam Coturnices iter suum prae illis praecipitarent, quod nostrates jam primis diebus Maji, imo citius saepissime, prae Coturnicibus ad Pisaurum jam adsunt.

hh) A sententia *Catesbeji App.* p. XXXVI non sumus alieni: That the plage, to which they retire, is probable in the same Latitude (of the Southern Hemisphere) or were they may enjoy the like temperature of Air, as in the Country, from whence they came. By this change the live in perpetual Summer, which seems absolutely necessary for their preservation. Sed exinde evincimus quod aves prussicae non opus habeant calidius solum vel aeque calidum ac nostrum primo vere est, extra Europam, nedum in Africa quaerere, & longissimum iter ultra fines suscipere.

Bellonius interim, & qui ipsum per impetum sequuntur, multum operæ consumunt, ut Coturnices trans mare mediterraneum deportent ii); Nihilominus *ille* diffiteri nequit, quod nonnullæ remaneant; quod autem apud *Plinium* legit: „Aura vehi volunt propter *pondus corporum viresque parvas*;„ & apud *Gazam:* „Sunt *corpore grandiore*, quam *ut suis pennis deferri possint*, laborant enim quasi *oppressæ onere*„ auxilium ipsis sollicitus fert, Coturnices noctu nubibus superimponens, ut mitteret ad antipodes, non solum ex Græcia & Latio, sed & ex Anglia, Scotia, Irlandia, Hollandia, Germania & reliquis partibus septentrionalibus.

ii) vid. Ejus *Hist. des Oif.* V. p. 265 & *S. O.* VI. c. 7. p. 202: Plusieurs Cailles, qui venoient des *divers septentrions*, tirans au midy firent aussi prises dedans nôtre navire; cela nous bailla asseurance, que les Cailles sont passageres; *conf. supra §. I. not. a*). Ita & *Olina* p. 58 de Coturnicibus italicis: La Quaglia e uccello di passaggio, venendo a noi di *Levante* verso l'entrar d'Aprile, tornando se ne via verso 'l fine dell' Estate, à al piu a mezz' Autumno, tutta via *molte, che della grassezza si sentun' impedite* al trapasso del mare, *restano in queste nostre parti*, & transi alla volta della maremma, e de' piu *caldi luoghi*, che haviano, sono per ordinario piu grasse l'Estate e l'Autumno, che la prima Vera; *stanno continuamente in terra.* Ecquis autem non apprehenderet, *Bellonium* atque *Olinam* gladiis vel *Aristotelis* vel *Gazæ* vel *Plinii*, quibus militant, semet ipsos jugulare? quando ponderosas & humo addictas aves tam operose & alte in aërem elevant, ne in aquis extinguantur, quasque *Bellonius* rursus, cum *Plinio*, ex altissimis demittit in navigia, verba *autoris* haec sunt *Hist.* p. 265: „Sachant donc, que la nature leur a octroyé ce don pour douaire, de sçavoir trouver le chemin, elles prennent leur volée plustot *de nuit* que *de jour*, & s'en vont deux à deux s'eslevants bien hault en l'air.„ - & porro: „Ayant plusieurs oiseaux de proyes ennemis, elles s'en *sçavent bien contregarder;* & là ou *Pline* dit: quippe velis saepe insident, *& hoc semper noctu*, merguntque navigia.„ Habere dicuntur hostes in

itinere aves varias Accipitres, quae tamen non noctu sed *interdiu* praedam *venantur*; dicuntur porro, non proficisci Coturnices interdiu sed noctu, & rursus, quod noctu sibi contra hostes prospiciant, navigia in tenebris quaerentes pro asylo; tunc vero non transvolarent mare, sed transveherentur per mare. Propositiones mere contradictoriae. Non inficias ivimus supra: *Bellonium* Coturnices ad insulas in nave habuisse; nec negare volumus, ipsum in stomachis frumentum adhuc indigestum invenisse, id vero non in signum nobis ponat, quod non diu morentur in itinere (*desquelles trouvasmes du froment encor entier:* qui estoit signe, qu' *elles n'arrestent gueres à passer la mer*). Haec propositio nihil amplius probat, quam quod vel ex insulis vel ex terra firma a nebula, procella sive vi ventorum sublatae, agitatae & in navem *Bellonii* depositae fuerint, non vero, quod ejusmodi aves fuerint Coturnices vel asiaticae vel latinae nedum septentrionales ad antipodes migratoriae. Alibi autor agmina avium alte volantium vidit, quas Coturnices fuisse judicavit, cum tamen non nisi per paria Coturnices migrare in altissimis sustinuerit. Conferatur Dn. *Zorn* I. cap. III. p. 428 & 429. De Coturnicibus vel archipelagi transmarinis vel etiam asiaticis in Italiam venientibus & redeuntibus *Bellonius* & *Olina* nos aliquantisper haesitare fecissent, si forte ex Epiro trajecisse dixissent, non quod mense Aprili sive ex Graecia sive ex Asia transvolarent, & autumni tempore eo remearent; Ulterius autores, *Aristotelem* secuti, quod dicit: *nisi paucae locis apricis remanserint*, hallucinati sunt; Si enim numerus vel modicus in Italia vel alibi locorum perduret, quare non omnes? Me hercle! Coturnices omnes in autumno bene saginatae valde pinguescunt, nulla excepta, ergo omnes prohiberentur migrare & juberentur in Italia per hyemem stabulari, non paucae quaedam obesae, ut vult *Olina*. Quodsi autem verum sit, Coturnices italicas mutare suas stationes, satis amplas ipsis monstrabimus vias Dalmatiam versus; & si ipsis per mare eundum, periculum faciant, trans mare adriaticum, & ultra per pedes in Graeciam vel in Asiam.

Longissime aberrant a vero laudati autores, aves nostras sive campestres sive sylvaticas, multoque minus Coturnices Septentrionales, carpaticas vel tyrolinenses vel helveticas *Alpes* supervolaturas, ut in Italia ordinarie quidem, nedum in Aegypto, in Arabia aut Africa considerent. Transitum talem Coturnicum nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur. Nullum ipsis cum avibus exoticis torridi loci intercedit negotium. In medio relinquimus (*vid. §phum seqv.*) utrum Coturnices, in autumno valde pingues, ullibi latitant, prout Melis animal quadrupes aut prout Mures alpini (*), & quiescant torpore correptæ, pinguedine, pro conservanda vita, utentes. Si autem nostrates stationes mutant hyeme, persuasi sumus, Sendomiriam, Ukrainam vel Podoliam & Valachiam ipsis sufficere, ne ultra vagentur vel opus habeant aves, quibus adhuc mense Septembri utimur, ponderosissimæ & pinguissimæ in Africam adigi & pollincturæ ibidem submitti, quod vel in Podoliam lentis pedibus abeuntes fere in Municas redigerentur præpingues; hæ aves minimæ sunt ex genere gallinaceo, paratam ubique locorum sibi escam colli-

colligentes granaque in campis & arbuſtis multifaria, in itinere ad loca ſibi commoda, ubi ſtabulentur. Si quis vero nos certiores redderet, arabicas & africanas Coturnices ſimillimas per omnia eſſe noſtratibus, faciliores nos præberemus, ut in aliorum caſtra deſcenderemus kk). Non recordor Coturnicum exoticarum, niſi *africanæ*, capitis bonæ ſpei, *Albin* I. 31 Quail from the Cape of good Hope, quæ notabiliter differt a noſtrate (*ordo* §. *56*) & Perdicis ſylveſtris *virginianæ*, quæ dimidio minor eſt Perdice vulgari, quamque non abſurde pro minimo Gallinaceo campeſtri vel ſylveſtri habeo, *Catesbej. app. p. 12.* Sic non ſequitur: Africam & Americam nutrire Coturnices, ergo noſtrates migrant in loca tepidiora; vel: inter Rhodum & Alexandriam, Zacyntham & Moream a ſeptentrione verſus meridiem Coturnices in navibus conſident, ergo ſunt Coturnices ſeptentrionales in Africam abeuntes vel in Italiam. Sæpe ejusmodi argumentationes occurrunt in hiſtoria animalium, quid mirum, ſi intermixtæ nobis imponunt; ita quoque luditur de hiſtoria avium.

(*) *Coronidis* loco Parti III adjungam *brevem hiſtoriam naturalem* ſive de moribus vitaeque genere MARMOTAE, vel Muris alpini, Murmel-Thier; communiter erroneis relationibus confutam; ne plane abſurda videatur ſententia noſtra de hybernaculis Coturnicum.

kk) Recte *Catesbejus*: Il ne s'en eſt encore preſenté aucuns temoins oculaires.

§. XXXIV.

Dicuntur Coturnices ex Anglia abire, & Ortygometra ex Irlandia in Angliam migrare. *Schwenkf.* alios autores ſequitur, qui Ortygometram (de qua ſupra) ducem volunt Coturnicum abeuntium, reducem redeuntium. Poſito, quod ambæ aves ſint migratoriæ & *Rallus terreſtris* Coturnicum Dux; hic pone exercitum intervallo forte ducentorum milliarium clauderet agmen. Iterum poſito, Coturnices in Africam migratorias, tunc ſane Ortygometræ ſeſe illis non aſſociarent, quod ambæ unius generis non ſunt, nedum unius tribus. Turdi ad unum genus, quod magis eſt, pertinent omnes, nec tamen *Turdi muſici* antecurſores, Vortruppen, nec *Iliaci* corpus exercituum conſtituentes, duces ſibi ſumunt Turdos ſive *pilares* ſive *viſcivoros maximos*, qui agmina claudunt. Quando pruinoſa frigora oriuntur, Ortygometra non amplius apparet; Thomas Molineux 11) ſibi perſuaſum habet, hanc avem in terra condi. Hoc certum eſt, quod longius avolare non poſſit ſic dicta Ortygometra, vel Rallus terreſtris.

11) *Phil.*

ll) *Phil. Transf. N. 234 p. 747.* „I have great reason to think, the *Ortygometra* or Raill among the Birds, a sort of Fowl, that 's scarce, if at all met with in some parts of England, yet very numerous in all parts of this Country in its Season, but that 's but short, and lasts not above three of four months in the Summer, during all the remaining parts of the year, *it lies buried and a Sleep under Ground*, like the *Flies*.

§. XXXV.

De Colvmbis (*ordo §. 58*) vid. §. V. & VII supra. De Ispida conferatur *Ordo avium* §. XVIII, & infra, ubi de Hybernaculis Hirundinum.

§. XXXVI.

Nonnulli statuunt Grves (*ordo §. 60*) in consortio Ciconiarum (*ordo §. 63*) migrare mm); sed in errore versantur. Aves hæ, diversæ inter se, nihil secum communicant, nec loca nec victum. Ciconiæ præcipue ranis, piscibus, anguibus, cochleis variisque insectis vescuntur, etiam apibus in florentibus pratis fatales; Grues primarium victum capiunt e campis a frumenti segete. Satis quoque nobis constat, Grues per integrum annum ad paludes Lithuanicas, in Podolia, ad Boristhenem & Hellespontum usque reperiri; quo & nostrates commode pervolant in itinere per Poloniam spicilegia perceptionis frugum legentes segetesque novas nn); de quibus *Plinius;* Scythicis gruibus alio est iter, nempe per pontum, inter duo promontoria, Criametapaton & Carambin, & *Virgilius;* trans pontum fugat & terris immittit apricis. Quod *Redi* prope *Pisam* d. 20 Febr. 1667 Grues viderit, lubenter concedo, sed nego fuisse septentrionales, utpote quod non migrarent in Ægyptum tempore, quo hyems apud nos desinere solet; nec sequitur, non nisi *20 Februarii* aves a Redi visas ibi locorum tum temporis advolasse. In genere, nullius usus est, ex Calendario suo in diem recitare, qua die hæc vel illa avis primum propriis oculis observata, & exinde inferre, eadem die vel rediisse vel apparuisse aves & non aliter; quæ tamen vel pridie vel ante dies plures vel septimanas sese hominum visui jam exposuerint, ab aliis forte etsi non a nobis observatæ.

mm) Inter alios *Gillius:* Audio Ciconias cum Gruibus (addidit *Gesnerus* in parenthesi: non simul sed diversis temporibus) injurias frigoris fugientes mutatione cœli solum vertere &c.

nn) Etsi *Aristoteles* velit: migrare Grues ab uno mundi extremo ad alterum, ex Scythia ad scaturiginem Nili, Lib. VII. c. 12; quod *Herodotus* & *Ælianus*, qui Grues ad fluvium

fluvium *Hebrum* in Thratia pernoctare dicit, confirmarunt. *Bellon.* Hist. av. IV. p. 201. Grues hyeme in Gallia advenas esse scribit: „Les *Cicognes* sont en ce *contraires* aux *Grues;* car les Grues & Oyes nous viennent voir en hyver, lorsque les Cicognes sont absentes.„ Si causa Gruum in Gallia ita est comparata, nulli dubitamus, quod & in Podolia, Sendomiria &c. subsistere queant; quod autem Nilum petant, fabulam *Pygmæorum* sapit, quam *Aristoteles* juramenti loco pro veritate propinat, disertis verbis inquiens: „Grues, quae ex scythicis campis ad paludes Ægypto superiores, unde Nilus profluit, veniunt? Quo in loco pugnare cum pygmaeis dicuntur; non enim id *fabula* est, sed *certe* genus hominum, tum etiam equorum pusillum est.„ Jam vero ex Africa Nilus profluit; & equi pusilli non comprobabunt genus hominum pygmaeorum.

Quoad Ardeas (*ordo* §. *62*) notandum, quod *du Tertre* II. 273 Ardeas *americanas* dixerit Ardeas europæas: „Les *Herons de l'Europe* y (dans les Isles antilles) sont assés communs.„ Ponamus aves gallicas ad insulas transvolare, tunc pro absolvendo itinere superare debent minimum 600 milliaria; forte etiam germanicas aves per Angliam & Scotiam stationes suas permutare velis. Verum enim vero *Catesbejus*, qui novum orbem novissime lustravit, ne unicam quidem observavit Ardeam europeam, sed plane diversas a nostratibus, nunquam, nec casu quod sciam, in Europa visas; sic *du Tertre* de avibus loqui videtur, quæ in Europa *Ardeæ* appellantur, non quod Ardeæ europeæ in novo orbe hybernent oo). Nostrates inprimis non indigent, tanquam parasitæ, in Americam migrare, quin ad Boristhenem & plus ultra in Imperio ottomannico portionis europeæ commode stabulare queant. Hoc loco mihi in memoriam revoco, Serenissimum Electorem Palatinum *Joannem Wilhelmum* glor. mem. in terris Juliacensibus anno 1710 in venatione, quæ fit Falconibus, *Ardeam* obtinuisse tribus vel quatuor annulis notatam, inter quas alter documenti loco, quod provectæ ætatis & in turcico regno capta fuerit.

oo) Unde sit, quod juxta Islandiam & montes acutos aves aquaticae, in primis palmipedes, in majori copia, quam alibi locorum inveniantur, ibique genera sua mirum in modum multiplicent; vid. *Catesby* Relat. de la Carol. p. XXXVI - Extra dubium autem ponimus, quod intra paludes Lithuaniae permultae aves littorales hyeme latitent. Supra laudatus *Dn. Bernhardi* M. D. fidem interponit, se in similibus locis paludosis amplissimae sylvae Curonum *Ardeam stellarem* media hyeme excitasse.

Plateas *raras* in Prussia aves appellamus ex Polonia advenas (*ordo* §. *64*). Ante 14 annos ad fortalitium mundense ex duabus alteram juxta littus maris baltici sclopo obtinui leviter in sinistra ala vulneratam, diu in horto superstitem. Idem de aliis: Tantalis, Onocrotalo, Avo-

ſetta & ſimilibus hoſpitibus dicendum. Corvi aquatici major & minor, nobis raro, ſæpius in Warmia apparent. De Ciconiis ultimo loco *infra*.

§. XXXVII.

Juxta *Palmipedes* cauſa explicata eſt, quod e. gr. Cygni, Anſeres, plurimæ Anates, Lari & quæ porro, partim ſint aves erraticæ, partim migratoriæ; permultæ hyberno tempore in Polonia & Lithuania vagantur. Anſeres in ſpecie verno tempore quotannis trans mare balticum ad nos tendunt, idem iter in autumno repetentes. Jam vero audivimus, ingentem multitudinem aquaticarum circa Grœnlandiam, Islandiam montesque acutos ſtabulare, poſtquam autem memoratus *Egede* p. 98 connotaverit:

> wild Geeſe or gree Geeſe keep to the Northward of Greenland they are of Shape like other Geeſe, ſome what ſmaller, with gree Fathers. They take their Flight from *other Southern Climats* over *to Greenland every Spring for the breed* their young ones; which when grown and able to fly, they carry along which them, and return to the more ſouthern and milder Climats, where the paſs the winter Seaſon - *In Short:* I have my ſelf found in Greenland all the ſeveral Sorts of Sea-Fowls, which we have in Norway; as all Kinds of Mews and other Sea-Birds &c. - & *Catesby* all. l. Quoique les Oiſeaux aquatiques *d'Europe voyagent vers le Sud en hiver* pour trouver leur patures, ils ſont nés pour la pluspart dans les païs fort ſeptentrionaux, où ils retournent, comme à leur principal ſejours.

neceſſario ſequitur, Anſeres feros noſtrates non eſſe Anſeres grœnlandicos, quod noſtrates verno tempore nobis adſunt, & in Pruſſia, Lithuania ac Polonia nidulantur, autumnali autem tempore in plagam borealem ſecedunt; ut itaque probabilius nobis videatur, noſtrates in finibus Americæ hybernare, vel ad littora norvagica, vere autem ad nos redire, & quod aliæ aves aquaticæ Lapponiam forte vel aliam regionem ſeptentrionalem vel clementiora Americæ loca appetant, quippe & *Catesbejus* monet: „En Amerique - on trouve un grand nombre des eſpeces europeennes *aquatiques*, ſi même on ne les y trouve toutes, ſans compter une multitude d'Eſpeces differentes, qui ſont *particulieres* aux regions ameriquaines.„

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

LARORVM (*ordo* §. 70) pp) quotannis, ni fallor, IX ſpecies obſervamus; maximus nobis audit **Meergans**, Anſer marinus, minima Hirundo marina, **Seeſchwalm.** Partim in Cherſoneſo Helenſi nidulantur, ubi fruticeta ſunt interjectis lapidibus & gurgitibus, partim in altis littoribus inſulæ Nehringæ in vicinia pagi Polski, *Hirundines* autem *marinæ* in arundinetis Caſſubiæ; ingruente hyeme omnes revertunt unde venerint, *Sundam maris baltici* verſus.

Merganſer, *Colymbus maximus* & Wormii Lumme (*ordo* §. 72), aves non adeo raræ, ex Lapponia ſive verno ſive autumnali temporibus hoſpites. Lappones ex cute *Lummis* detracta cucullos conſtruunt, quibus per æſtatem utuntur.

pp) De quibus Rev. Dn. *Zorn* I. p. 144 ſingularem fovet ſententiam: acſi in aquis ſaltim profundis non autem in vadoſis praedam ſuam feriant, ne vel roſtra vel capita ad fundum colliſa vel laedant vel frangant; „Daß ſie nicht etwa auf den Grund kommen, alsdenn Sie leicht den Schnabel und Kopff zerbrechen können; quae cautela ſatis pia, ſed ſupervacanea eſt.

Non recordor, unquam in noſtris regionibus obſervaſſe *Plautos* (*ordo* §. 75) vel tridactylos palmatos, nullo poſtico digito. Dactyloborum ſive Tetradactylorum digitis lobatis vel Dicroatos digitis utrinque fimbriatis, forte VI ſpecies nobis conſtant, Colymborum nimirum & Fulicarum.

Hactenus de Avibus erraticis & migratoriis generatim. In ſpecie modo HYBERNACVLA Hirundinum & Ciconiarum rimanda operæ pretium eſſe duximus:

§. XXXIX.

I. VBINAM HIRVNDINES HYBERNENT?

Inter Eruditos notiſſima eſt controverſia: Utrum *Hirundines*, quæ hyeme in conſpectu non ſunt, migraverint, & quo? An vero in *locis nativis* & *ubinam latitent*, donec rurſus in conſpectum veniant? Hanc una cum II quæſtione: Ubi *Ciconiæ* hybernent? ultimo loco disquiſitioni noſtræ ſubjicere ex promiſſo tenemur.

Nonnulli & Antiquorum & Recentiorum *Hirundines* migrare jubent; alii, inter quos & *Ariſtoteles*, has aviculas quidem a tergo reſpiciunt abeuntes, nonnullas tamen nimis moram facientes ſibi reſervant, in angulis vel foraminibus ſeſe deplumantes, nudasque per hyemem quaſi

in lectum reponentes; rurſus alii vel ex diuturnis traditionibus vel per propriam experientiam & varia documenta ad noſtra usque tempora propagarunt, *Hirundines* autumnali tempore in ſtagnis aquæ ſeſe committere, & in fundis quaſi exanimes hyemare.

Ultimæ ſententiæ qui addicti non ſunt, citiſſime rem *prima opinione* expedire poſſunt, quod ſibi non alia incumbit probatio, quam quod hyeme Hirundines inviſibiles ſint, unde ſequatur, quod frigoris injurias fugientes in tepidiora loca & diſſita migraverint, ideoque alios, ſuæ ſententiæ non participes, de meliori informandos eſſe credunt, ne hiſtoriolis, quæ fabulas ſapere ajunt, fidem habeant, acſi Hirundines ad volatum creatæ madida elegerint & uliginoſa loca, in iisdem tanquam in lectulis placide quieſcant, & poſt longam noctem tandem aliquando ſalvæ ſoſpitesque reſurgant.

Ad hujus cauſæ disquiſitionem, ut ordine procedamus, inquirenda eſſe ducimus:

I. Quibus moribus imbutæ Hirundines utantur in aliis mundi partibus extra Europam, in quantum earum hiſtoria ad aures noſtras pervolare potuerit: num ſcilicet alicubi omnibus, an duntaxat certis anni temporibus conſpicuæ? nec non: an in aliis terrarum partibus Hirundines europeæ cognitæ ſint & familiares?

II. Quot differentiæ vel ſpecies Hirundinum in Europa, & utrum omnes ſint unius generis?

III. Quid juxta mores Hirundinum intra terminos Poloniarum & Pruſſiæ ſtabulantium experientia & eruditos & ſemi-doctos vel indoctos docuerit?

Exigamus hoc opus ad vires noſtras, & omni qua fieri poterit diligentia, nec perfunctorie receptas aliorum ſententias trutinemus, nec hiſtorias, quæ circa hyemationem Hirundinum publice proſtant, cœco affectu vel proſequamur, vel damnemus. LECTOREM veritatis cupidum rogantes, ut ipſe ſibimet in memoriam revocare dignetur, quæ ex ſupra dictis aliquem influxum in hanc materiam habent; noſtras autem propoſitiones pro amore veritatis ſevere dijudicet, vel ſolide taxando errores, vel circumſpecte annuendo veriloquiis.

§. XL.

§. XL.

ARTICVLVS I.

QVIBVS MORIBVS IMBVTAE HIRVNDINES VTANTVR IN ALIIS MVNDI PARTIBVS?

Catesbejus, modernus æmulator cum illis, qui Hirundines migrare docent, de avibus aliisque animalibus, plantisque Americæ optime meritus, nullius Hirundinis in Virginia, Carolina & vicinis insulis mentionem fecit in ipso operis sui pretiosi *Volumine* I, præterquam quod avem quandam appellaverit: *Hirundinem purpuream*, the purpur Martin; sed formidavimus, hanc avem *Hirundinum generi* associare; cujus celebris *autor* (1) ipse dedit causam. Postea in *appendice*, quæ demum 1747 ad manus nostras venit, *Hirundinem cauda aculeata* americanam exhibet (*); Confer. supra §. VIII & *O. av. §ph. 38.*

(1) Quod I. p. 51. scribit: „Ils font leurs petits, comme les pigeons, dans les trous, qu'on fait exprès pour eux autour des maisons & dans des Cabasses attachées à de grandes perches„ prout *Sturni* in Frisia & Hollandia ad nidulandum alliciuntur, vel prout ex Sylviis Rubecula & Ruticilla in foraminibus aedium nidulantur; non attenta cauda illarum forcipata, praeter quam nihil cum Hirundinibus, commune quid habent. Porro idem autor: „Ils sont fort utiles aux environs des maisons & des Cours, d'où ils chasseut les Corneilles & les oyseaux de proye, & les bestes, qui detruiroit la volaille;„ (quae virtutes in Hirundines non cadunt) tandemque addit: „Ils se retirent aux approches de l'hyver de la Virginie & de la Caroline, & y retournent au printems„ quibus moribus, ut scilicet dispareant, & aliae aves sunt imbutae, etsi non sint Hirundines.

(*) Hanc in Brasiliam ex Carolina migrare vult: „Leur retraite aussi bien que leur retour periodique en Virginie & Caroline arrivent dans les mesmes saisons qu'ici en Angleterre par rapport à nos Hirondelles; ainsi *je croi*, que l'endroit où elles se retirent, de Caroline est *probablement le Bresil*, dont une partie est dans la même latitude meridionale, que la Caroline l'est dans la septentrionale - & ce qui fortifie la probabilité de cette pensée, c'est que la description de l'Andorinha du Brezil par *Marggravius* est assez conforme avec celle de cet oiseau, excepté qu'il ne parle point de ces especes de pointes, qu'il a à la queuë - .

Dominus *Stubbes*, *Transf. phil.* Num. 36. p. 704 nos certiores reddit, quod Hirundines *jamaicenses*, etsi sub climate præfervido natæ, *dispareant*, vel migrent adventantibus Anatibus & Monedulis (2). The Swallows in Jamaica, as hat as't is, depart in the Winter Months, and the wild Ducks and Taile come hither then.„ Sed, quod Dn. *Stubbes* migrare vocat, id ita intelligendum est, quod scilicet in conspectu non maneant

Hirundines; quippe, quod cum injuriis hyemis non conflictantur animalia in tepidioribus locis, absurdum esset credere id, quod de terris septentrionalibus injuriosis universaliter in diem dicitur, cum nulla necessitas illorum locorum Hirundines urget, aliud & quidem placabile quærere clima. Unde necessario sequitur, quod tempore brumali Hirundines, quæ disparuerunt in Jamaica, vel sese occultarint, vel elementum aëris cum terræ vel aquæ elementis permutaverint; plura hariolari non licet.

(2) Quae sane non Monedulae europeae sunt; quod nostrates omnibus anni temporibus nobis manent familiares.

Dn. *Hans Sloane* voy. II. p. 312 Hirundinem brasiliensem vocat Taperam Hirundini nostræ murariæ similem, quam *Venej. de Oviedo* lib. 14 cap. 2 hispanicam esse somniavit; de qua infra.

Cum attentione porro consideranda egregie picta Hirundo: The greatest *Martin* or Swift *Dn. Edwardi* I. p. 27 ejusque historia; in Europa antea nunquam visa; autor judicat, ex Africa hanc avem in fines Andalusiæ migrasse cum inter rupes promontorii, *Calpe* olim montis, nunc *Gibraltar* a fratre Catesbeji sclopo necata fuerit. Avem Africæ fuisse lubenter concedimus, non Hirundinem africanam *migratoriam.* De salute sibi intempestive prospicerent Hirundines africanæ, vel frivole ambularent ex Africa in Andalusiam, ad freti herculei rupes ultra citraque advolantes; Hirundines enim, quæ hyemem in Africa non pertimescunt, satis inclementem hyemem in Hispania sibi contraherent, ubi insecta, prout alibi locorum in Europa, tempore brumali quiescunt, ni credideris freti herculei terminos adire, ut sese refrigeratis aquis committant; juxta fines suos vastissimos Africa manet tepidior Hispania, ubi & de victu variis in stationibus sibi prospicere possunt aves mauritanicæ. Unica insuper fuit illa *Edwardi*, uti ex historia conjicimus, & procul dubio vel nebulosa vel severa tempestate trans fretum, tria circiter milliaria latum, ex Africa inter rupes Andalusiæ conterminas detrusa & delata fuit hæc avis.

Du Tertre Isl. ant. II. p. 259 autor est, Hirundines in omnibus insulis valde raras esse, quæ e contra in Europa sunt numerosissimæ; quippe per octo annos sui domicilii ibidem locorum ultra dodecadem Hirundinum non vidit; nec manent in conspectu hominum, nisi iisdem quinque vel sex mensibus, in quibus ejusmodi aviculæ *in Gallia* cernuntur; sic Hirundines gallicanæ in duobus locis longe a se invicem dissitis uno eodemque tempore præsentes esse nequeunt. Addit ingeniosus *autor:*

„ce

„ce qui me confirme dans une opinion particuliere & *contraire à la com-*
„*mune*, qui asseure, que toutes les Herondelles *changent de climat*, &
„vont passer les six mois des froidures dans les regions les plus chaudes;
„car j'estime, *que c'est une pure reverie*, puisqu'il est *tres-certain*, que
„dans les *regions les plus chaudes* elles *font la même retraite;*„ interim
negare non vult, quod Hirundines ex regione frigidiori oriundæ & cali-
diori vicina, limites transcendant „mais il ne faut pas croire la même
„chose de celles, qui en sont eloignées, comme celles de France & de
„tout le reste des païs septentrionaux„ verba *Aristotelis* citans; quæ vi-
de ad *finem partis* hujus *tertiæ;* addidit *Philosophus:* „Jam enim visæ
„sunt multæ Hirundines in angustiis convallium *nudæ* atque *omnino deplu-*
„*mes;*„ quod non miramur, nam certo certius naturalem obierunt mor-
tem, unde est, quod putredine contracta deplumatæ fuerint inventæ, prout
quadrupedia, morte extincta, quasi pilis detonsa plerumque apparent.
Tandem concludit *du Tertre* „& si nous ajoutons à cela, que les *regions*
„*chaudes* ont *beaucoup moins* d'Herondelles, il ne faut pas s'etonner, si je
„soutiens cette proposition, & si j'asseure, que les Herondelles ne chan-
„gent pas toujours de païs, ainsi que le vulgaire croit: mais qu'elles se
„*retirent*, ou dans les *creux d'arbres* - ou dans des *vieilles majures*,
„ou dans les *roseaux;* & que la vie & la chaleur naturelle est conservée
„au cœur, sans que les autres parties s'en ressentent; de sçavoir mainte-
„nent comme cela se fait, c'est une chose, qui surpasse la portée de nos
„esprits.„ Mente adest celebris *autor;* ecquis enim inficias iverit, quod
e. gr. Muscæ & Papiliones (§. XXVII) hyeme mortem non subierint,
etsi per plures menses exanimes visæ; nihilosecius nemo cum certitudi-
ne explicaturus, qua ratione vitam servent naturalem per singula mem-
bra quasi emortua. Tali lethargia innumera insecta corripiuntur, Mu-
scæ, Araneæ vermesque, reptilia & quæ porro; Similem hac die (11 Mart.
1746) qua Scarabeolos in viminibus lagenæ vini burgundici latitantes &
pro mortuis habitos observavi, in museo post tres circiter horæ quadras
reviviscentes. Cæterum idem *du Tertre* refert, a persona fide digna ac-
cepisse, quod ipsi in rustico quodam pago aqua glaciata fuerit oblata, in
qua fuerit Hirundo; quæ teporata vitam recuperavit & in hypocausto cir-
cumvolavit. Si historia tulerit, glaciei inclusam fuisse aviculam, non
meritat fidem, bene autem, ubi Hirundo sub glacie extracta, & una cum
aqua glaciata in hypocaustum tepefactum delata fuerit.

Ludovicus *Feuilleus* III. p. 267 multis parasangis describit Hirundi-
nem insulæ *Martinique*, cantu Alaudam referentem; sufficiant pauca:

„que

„que ceſte Herondelle eſt de la même grandeur, figure & couleur, que „celles de France, que nous nommons Martinets (*Hirundines culinares*) „& les naturaliſtes Apos - (quæ Hirundines ſunt *murariæ*) on les voit „dans les mois de May, Juin & Juillet quantité de ces oyſeaux dans les „Isles de l'Amerique;„ unde eſt, quod ſæpiſſime ex ſimilitudine quarundam avium plane diverſorum locorum inconſiderate autores argumentantur ad ejusdem ſpeciei individua, aves europeas pro americanis vel vice verſa habentes.

Non mihi ſuppetunt plura nova ex America notatu digna. Inter antiquos *Herodotus* II. 22 ſcribit: Milvi & *Hirundines* toto anni tempore ibi (in Æthiopia ſub Ægypto) NB. ſunt, nec per hyemem diſcedunt; unde recte inferimus, Hirundines europeas ſub Ægypto nunquam viſas; contradictionem enim involvit, toto anni tempore Hirundines in aliquo loco præſentes eſſe, verno autem tempore, ut fabula fert, in locum longinquum diſcedere. *Hirundo* marina ſinenſis *nido eduli* juſta deſcriptione caret; conferantur interim *Bontius*, *Rajus*, *Wormius*, Itinerarium Eliæ *Heſſe* &c. Græcæ & aſiaticæ Hirundines ejusdem naturæ ſunt cum *Tertrei* Hirundine americana & noſtratibus, hyeme oculis noſtris ſe ſubtrahentes. *Ariſtotel* VIII. 12: Abeunt, & apud nos non hyemant tam Hirundines quam Turtures; ab *eodem* quoque derivatur proverbium: Μια χελιδων ἔαρ ȣ ποιεῖ; una Hirundo non facit ver; una Golondrina non haze verano (diſparent itaque & in Hiſpania, *Velez* p. 238) & *Plinius* de latinis X. 24: quando migrent Hirundines ſatis compertum eſt, ſed quo migrent, non itidem; & *Martialis* Epig. 68 fabulatur, quod Hirundines reduces aliam, quæ in nido remanſerat, laceraverint. *Oppianus* Hirundinem vocat: avem vernam Zephyri primam nuntiam, & *Iſidorus:* quod maria transvolet, ibique commoretur. Apud *Columellam* de Cultu hort. XII. 3 legimus: mox ubi bruma confecta eſt, intermiſſis 40 diebus circa Hirundinis adventum, cum jam Favonius exoritur; & apud *Anacreon.* 33: Tu quidem amica Hirundo annuatim veniens æſtate nidum texis, & hyeme non appares; ac porro: χειμῶνε δ'εις ἄφαντος η Νειλον η πι Μεμφιν, hyeme autem non conſpiceris, ſive Nilum aut Memphim petas. Mirum itaque non eſt, quod tot & quidem illuſtrium antiquorum traditiones jugulaverint recentiores, mininum ita occæcarint, ut ipſis ridiculo ſint aliter ſentientes. Sic eſt, qui curam & cogitationem in rem conferre nolunt, ſimiles ſunt illis, qui fabulas lubenter audiunt, easdemque accommodate ad veritatem intorquere amant (3). *Bellonius* non contentus, quod Hirundines Ægyptum petant, easdem & nidos ibidem con-

construere docet, quorum mentionem jam *Plinius* fecit: qu'elles batissent „leurs nids en Egypte à l'Entrée du Nil en la mer, qu'on nomme *Hera-„clioticum Ostium*, d'une masse si serrée, longue d'une Stade, qu'il est in-„expugnable, & qu'à peine pourroit-il être parfait de l'ouvrage humain „de telle fermeté contre l'inondation; in *fine libri de la nature des Oi-„seaux.*„ Sed quis crederet talia Hirundinum facinora in Ægypto, quæ domi patrare nesciunt? Cui, quæso, in mentem veniret, quod Hirundines septentrionales in Ægyptum proficiscantur, non solum pro conservandis vita & valetudine, sed & pro multiplicatione generis sui, postquam domi bis vel ter pullos tulerint. Hirundinum causa attente considerata fateri cogimur, earum migrationem in Africam ex speculativa, quæ plerumque superstitiosa, de rebus naturalibus cognitione veterum, fundamenta sumpsisse, adque posteros transfusam. Non omnes homines certis anni temporibus plurimas aves præsentes sibi observarunt, ideo omnes ratiocinati sunt, aves invisibiles ad inferos sive ad antipodes migrasse; accessit, quod aliquando per varios casus aves terrestres in alto mari apparuerint, & in navigiis defatigatæ consederint, unde mox illatum, aves in itinere ad antipodes constitutas fuisse, sic & casus fabulas trudunt.

(3) C'est à des doutes prudens & circonspects, qui n'ont été retenus par aucun egard pour les prejugés populaires, ni par une soumission stupide, aux decisions des Anciens, que nous avons l'obligation d'être delivrés d'une infinité d'erreurs, qu'ils nous avoient transmises. Tout ce qui n'est point fondé sur *l'experience*, a besoin d'être souvent examiné de nouveau - . La verité n'est peut-être *pas loin de nous*, mais elle ne va point au devant de l'indolence, elle ne se rend qu' aux hommes, qui la cherchent; elle veut (pour ainsi dire) être persecutée. *Bazin* discours: pourquoi les Bêtes nagent naturellement? p. 32. Viele Europäer stehen in der Meinung, daß diejenige Völcker, welche schwartz sind (Guineenses Negri aliasque nationes africanas) Mohren (Æthiopes) wären. Allein ich habe das Contrarium aus der experience selbsten - Sie haben auch keine Gleichnüs mit den rechten schwartzen Indianern - Sie haben eine schöne Gestalt - Ihr Angesicht ist mehrentheils mit einer Habichts Nasen, welche ihnen sehr wohl anstehet, gezieret - Sie sind schwartzbraun von Farbe, als ein Egyptier oder Spanier. *Heydt* all. l. p. 105. Interim praejudicium, *Negros esse Æthiopes*, altas egit radices; non ego negarem, ut mihi insultibus caveam.

§. XLI.

Articvlvs II.

QVOT DIFFERENTIAE VEL SPECIES HIRVNDINVM IN EVROPA, ET VTRVM OMNES SINT VNIVS GENERIS?

Ad hanc quæstionem brevibus respondemus: *Hirundinum cauda di-*

visa differentias dari quatuor, omnes unius generis. *Prima:* Hirundo est domestica, urbica, **Hauß-Giebel-Leim-Fenster-Schwalbe;** de qua *Hesychius:* venit Hirundo *albo ventre* & *nigro dorso*, pulchra tempora adducens & pulchros annos. *Secunda:* Hirundo rustica: **Rauch-Pauren-Schwalbe** Martinet, *Bellon.* gula rubra rubrisque maculis ad nares, stramine nidum consolidans; *Tertia:* Hirundo riparia, torque alba; **Erd-Sand-Wasser-Schwalbe,** profundas cavitates in littoribus abruptis, montibusque arenoso-argillosis fodens, minima. *Quarta:* Hirundo muraria, saxatilis sive speluncaris; Apus; tota nigrescens; alis longissimis; maxima; terram nunquam frequentans, **Mauer-Schwalbe.** Secunda sub pontibus quoque in civitatibus nidulatur, unde nonnulli quintam speciem dixerunt; verum est eadem, quæ nidos vel in caminis vel in atriis rusticorum ponit. De Hirundinum *Tribu* I sive Caprimulgo (*ordo* §. *37*) cauda æquabili hoc loco non dicturi. Omnes non nisi variis insectis vescuntur. Omnes capite, rostro, rictu, alis, pedibus totaque facie sibi invicem similes sunt; solummodo cauda differt *Gens* I a II, quod illa pennis caudæ æqualibus longitudine, hæc cauda divisa vel forcipata i. e. mediis quibusdam caudæ pennis brevioribus præ reliquis gaudent, vel prout americana *Catesbeji*, cauda in extremis pennis quasi aculearis (§. XL) & tamen divisis.

§. XLII.

Articvlvs III.

QVID JVXTA MORES HIRVNDINVM INTRA TERMINOS POLONIARVM ET PRVSSIAE STABVLANTIVM EXPERIENTIA ET DOCTOS ET INDOCTOS DOCEAT?

Quod plurimæ aves, quæ re vera migratoriæ non sunt, in Polonia ac Prussia, & ubinam locorum, pro diversis moribus suis, vel secundum genera vel species hyeme libero aëre fruantur, quodque rursus aliæ sub saxis & radicibus arborum depositoria sibi parent, unde pro victu quærendo exire eoque redire possint, aliæ vero secundum probabiles rationes veritati proximas vel in cavis arboribus, vel in terra (4) se condant, adque instar insectorum lethargiam morti proximam contrahant, placando languidos sopore artus, nullaque fame pressæ, alto tamen somno oppressæ, requiescant, usque dum propitius sol contractum per brumale tempus lentorem iterum solvat, sanguinem ad circulationem naturalem redigat,

gat, ſpiritus vitales in nervis reſuſcitet, avesque ſoporem quaſi diſcutientes ad volatum rurſus ſe accingant (5), hæc omnia, ni fallimur, ratiociniis non cerebrinis ſed vel ipſa experientia comprobaſſe confidimus. Nec intereſt, utrum nonnullæ conditarum avium variis caſibus intereant, vel, prout aliquando Alaudæ (§. 46) a quadrupedibus tollantur; quod omnibus animalibus, etiamſi in aurea libertate conſtitutis ſæpius commune eſt.

(4) Quod *Ulula cunicularia Feuillei* ſub terra per integrum annum domicilium habet; Hirundo autem riparia (*de qua infra*) in terra requieſcit. Ne dicam de quadrupedibus, inprimis *lacertis* & *murium* genere; conf. Diſſert. noſtra de Sciuro volante, *Tranſ. phil. angl.* No. 427; & in fine hujus disquiſitionis brevem hiſtoriam naturalem muris alpini, de anguibus, & quae reliqua.

(5) Appropinquante hyeme aër denſior redditus condenſat avium harum ſanguinem, alias tenuem; hae proin volatui ineptae ſopore veluti quodam corripiuntur, qui per integrum durat hyemis decurſum - redeunte vere de novo animantur omnia, redit naturae vigor, ſanguini in vaſis, ſpiritibus in nervis motus; *Scheuchz Ph. Sacra* p. 1147.

§. XLIII.

Modo propius ad Hirundinum ſub climate noſtro degentium hyemationem accedentes, nullis ambagibus uti animus eſt, ut mox hiſtoriam nudis verbis exponamus, & de caſibus obviis teſtimonia Eruditorum aliorumque qui ſupra vulgus ſapiunt; modo ſint homines, integritatis fama honori; & honeſti, (6) conferamus, inſimul perquiramus, utrum relationes admittant probabilitatem, an vero, tali deſtituta, rejiciendæ?

(6) Dn. *Zornius* I. p. 435 plebejos piſcatores conſuluit, num in Comitatu Pappenheimenſi hyeme vel retibus, vel juxta exputanda arundineta Hirundines aliasve aves aliquando lucrati ſint, quod nunquam factum eſſe illi affirmarunt. Tales homines utique fidem merentur; idque eo magis, quod ab experimentis aliquod commodum, quod feriat cupiditatem acquirendi ſive pecunias ſive vanam, quae ſaepe doctiſſimos vexat, gloriam nec habent nec ſperant nec praevidere poſſunt. Iniquum igitur eſſet, majorem habere fidem moroſis aut ſpeculativis doctis, vel ſemidoctis muricidis, qui ſaepe cauſam aliquam a tergo conſiderarunt & vitioſa conſectaria conſuerunt, quam centum teſtibus bene oculatis; utpote qui majorem prae illis merentur autoritatem quod nullo ſunt ſubacti praejudicio, dummodo non delirent, vel deliria ament. Pauciſſimi eruditorum nanciſcuntur occaſiones, ſingularia quaedam facta & phaenomena apertis obſervare oculis; ſolet ipſis ſufficere relatio aliorum, dummodo non per rei naturam facta impoſſibilia appareant, vel nullam involvant contradictionem. Itaque quaecunque facta teſtata ſine ſufficienti disquiſitione protinus rejicere falſaque pronuntiare, maximi praejudicii eſt documentum, ne dicam animi impotentis & fricti judicii, quod ſpecies inſaniae eſt.

Certiſſimum eſt, quod *Hirundo riparia* deponat corpus languidum

in cuniculis, quos æstate sibi paravit, ubi frigus a superficie infringere nequit; occlusis hybernaculorum ostiis verno tandem tempore conclusuram removet. Unde sequitur, ejusmodi aviculas, prout muscas, angues, lacertos, testudines, omniaque forte insecta talem contrahere inactionem, quæ morti proxima videtur; nec fame premuntur, nec victum, si indigerent esca, aliunde sibi comparare possunt. Ut autem vitam servent, non dimittant, successive corripiuntur lentore, qui in profundam lethargiam abit, justo tempore rursus decrescentem, donec per omnes artus tandem expergefactæ famem sentiant, victusque quærendi gratia claustra solvant & aufugiant. Sic in terra quasi exanimes revera vitam conservant, prout revera muscæ, quasi mortuæ, vivunt, licet nulla vitæ documenta nobis prodant; Quod autem vivunt ejusmodi animalcula, putredo in corporibus locum non habet, sive in terra, sive in aqua latitent; e contra vitæ privatio illico contraheret putredinem. Ne autem solus videar de Hirundine riparia mores decumbendi in terra asseverasse, præter permultos Nostratium & pueros montem Stoltzenbergensem frequentantes, nominabo Doctissimum *Gmelinum;* hic nuperrime 1 Febr. 1746 literis Petropoli ad me datis inter alia nunciat: „*Ispidam* & *Hirundinem* „*ripariam* aves esse permanentes videtur; sæpe enim hyemis tempore „ex foraminibus ad altas fluviorum ripas excavatis, quasi mortuæ extra„huntur, tepore conclavium reviviscentes.„

Nec inauditum est, *Vespertiliones* & *Hirundines murarias* (Apos, Mauer-Schwalben) sub tignationibus excavatis & extremis tignorum tegulis, vel in fissuris antiquorum murorum, quando ruinam minantia ædificia hyberno tempore destruuntur, inibi hybernantes reperiri. Meæ etiam memoriæ optime suppetit, quod Parens in prædialium operum diario suo connotaverat, se in alto & transversali annosæ quercus foramine hyeme sublatæ invenisse *quatuor Hirundines murarias*, æstivo quidem tempore rarius in prædiis apparentes, cum uberiores sint in urbibus ad turres & mœnia desolata, illasque in hypocausto tepido expergefactas sed brevi tempore superstites habuisse; Huc referenda relatio *C. L.* Beschreibung des Meisnischen Ober-Ertz-Gebürges p. 941: „Ein Studiosus „reysete von Leipzig aus nach Wittenberg; da er ins Wirths-Hauß über „der Dübischen Heide eingekehrt, kommt ein Kerl aus dem Wald, bringet „einen Büschel beysammen hangender todten Schwalben, welche er aus ei„nem hohlen Stock gezogen, legt sie auf den Ofen, daß sie erwarmen, sich „regen und die Flügel mattlich aufheben. Da es der Wirth sahe, sagte „er: Ey schade! Das ist des armen Viehes Tod.„ Murarias fuisse Hirundines

rundines ſuſpicamur, quarum *Georg. Major* Wittebergæ in templo arcis ſub vetuſta quadam tabula tempore hyemis conglobatam congeriem invenit, referente *Gerhardo* de reſurrect. num. 32. Alii globum Hirundinum conglobatarum inveniſſe tradunt in cavis arborum vid. *Gesner.* & *Aldrov.* Pluribus *Cyprianum* p. 1454 ſqq.

Reliquarum fata *urbicæ* nimirum & *ruſticæ* Hirundinum ipſe quidem expertus non ſum, aliter enim fert hiſtoria œcumenica in Ruſſia, Polonia, Lithuania, Suecia, Livonia & Pruſſia de illarum hybernatione, quod nimirum elementa terræ & fluidi aërei cum elemento fluidi aquei permutare dicuntur.

§. XLIV.

Hoc mihi probe conſtat, Hirundines, inprimis *ruſticam* ſatis vegetas in aëre vagari, quamdiu autumni tempeſtas benigna æſtatem prorogare videtur, & Muſcæ, Apes aliaque inſecta volatilia nondum omnia latitant; ubi autem turmatim vel tectis domuum inſident Hirundines, vel (prout id attentus obſervavi) juxta fimeta in terram ſe demittunt, medio aliquando menſe Octobri, indubitatum ſignum ſumimus, quod non ſolum victus deficiat, ſed & aves bene corpulentæ & ignaveſcentes eſcam amplius non expetant, abitusque earum proximus ſit; ubi ex locis ſuis exſternantur, volare quidem incipiunt, ſed ſegniter, mox terram repetentes, donec tandem evaneſcunt. Jam vero ratio dictitat, ejusmodi aviculas in tali ſtatu, medio autumno, & minante inclementiore tempeſtate, longinquum iter vel in Africam vel in Ægyptum vel ad alia tepidiora loca non ſuſcepturas, ubi, ſi verum eſſet, aliæ quæ vocantur aves migratoriæ ſtationes ſuas jam diu occuparunt; cum evidenter earum vivacitas deficit & condenſato in vaſis ſanguine, corporeque bene paſto, prægravantur, usque dum, prout hiſtoria fert, a natura ad ſtagna juxta arundineta pellantur, ubi coloni obſervaſſe volunt, plures ſe folio cannæ committere & tandem præponderantes ſub aqua condere; alii volunt, quod ſecundum familias ſuas ſtramen tollant, quo roſtris prehenſo ſubmergantur; rurſus alii, quod pedibus ſe invicem prehendant & quaſi conglobatæ in aquam deſcendant; ubi autem mox ad fundum feruntur, conſequitur, aves tum temporis aqua graviores eſſe.

Ejusmodi ſolemnes proceſſus non quidem oculis meis vidi, ſæpenumero tamen a colonis diſcretis & ſenſatis relatum habeo, ſe tales Hirundinum occultationes plus ſimplici vice obſervaſſe; & ex noſtra civi-

tate viros veraces tanquam oculares testes nominare possem; sed forsan proxima hyeme ipsa corpora facinorosarum avium nanciscar, tanquam irreprehensibilia Documenta (†). Nuperrime ad Eremum Carthusæ, quatuor abhinc milliaria me contuleram: spe fretus fore, ut ex argumentis seniorum cœnobii piscatorum doctior reverterer; verum tales homines omnes ultima subierant fata, & juniores experientia carent. Nihilominus tamen ubique locorum res adeo trita est, quam nec piscatores, nec rustici, nec coloni, nec domini prædiorum quasi inauditam tenent, quin mirarentur, ubi historia ab eruditis in dubium vocari velit.

(†) Interim quaedam in scriptis authentica documenta ex pluribus publici juris facimus. Illi qui sibi prohibere non possunt, male sensatos proclamare, quibus Hirundines hyeme sub aqua stabulantes in oculos ceciderunt, ipsi judicent, utrum transacta sint omnia. Ex *Suecia* nuperrime vir in historia naturali doctissimus, celebris Jo. Gottsch. *Wallerius* Phil. & Med. D. Facultatis med. Upsal. Adjunctus & Reg. Coll. Med. M. literis 6 Sept. st. vet. 1748 exaratis sequentia ad me dedit: In Actis Dantiscanis sententiae tuae de *Hirundinibus*, tam multis testibus confirmatae, eo libentius subscribo, quod hac in re ipsissimis oculis meis sim confirmatus. Vidi namque non semel, sed multoties, autumno ingruente, Hirundines turmatim arundinibus ad littora lacuum assidentes se sponte ex arundinibus praecipitasse atque aquis submersisse, idque post praeviam *cantilenam* quandam, non *peculiarem* vel ab alia earum cantilena diversam, sed diutius protractam, fere ad quadrantem horam & ultra durantem; Neque dum sic arundinibus assident, meticulosi sunt, quod mirandum. Si lapidis ictu quis eas deterrere vellet, avolant quidem ab arundine cui insiderunt, sed non ripam vel terram firmam versus, sed ad aliam arundinem in propinquis. Vidi & Hirundinem hyeme a lacu reti piscatorio protractam, quae tugurio calido immissa volitare cœpit, paulo vero post mortua fuerit.

A.

Extract-Schreibens Herrn Adelichen Gericht-Schreibers G. F. Flatau, Kukowen den 27 Jan. 1747, an Herrn Andr. Koch in Dantzig.

Gedachten Herrn bitte meiner respectueusen Hochachtung zu versichern und dabey zu melden, daß nicht allein umb mehr Fundamental-Zeugnüsse, sondern auch umb die Schwalben selbsten zu erhalten keine Mühe sparen werde - Ich habe öffters und besonders im letzten Herbst nach Michaelis - selbsten bey der Gelegenheit, als nach Oletzko fuhr, gesehen, daß die Schwalben sich an den Orten, wo das Rohr am deuchtesten und häufigsten in der klein Oletzkoschen See gestanden, etliche hunderte sich sehen lassen, und über gedachtem Rohr beym steten Zirren theils geschwebet, theils sich

sich darauf gesezzt. An solchen Oertern kan weder im Sommer mit der Kleppe noch des Winters mit dem grossen Garn gezogen werden, wie solches den Fischerey verständigen bekandt ist.

(Pr. Adler.) (F. R.)

B.

Actum im Königlichen Amte Stradaunen, den 25 Januar. 1747.

Jacob Kosiulo, ein Garn-Meister und Königlicher Bauer aus dem Dorffe Piasken hiesigen Amts, seines Alters 38 Jahr, Lutherischer Religion, welcher von Jugend auf von seinem Vater zur Fischerey angeführet ist, saget auf sein Gewissen aus, daß er anno 1736 mit seinem vor einigen Jahren verstorbenen Vater Andres Kosiulo bey der Winter-Flscherey auf der Piasker See, und zwar in dem Zuge zum Sande (do piasku) genandt, gefischet, mit dem lincken Flügel des Winter-Garns eine todte Schwalbe unter dem Eise herausgezogen, welche Deponent und sein verstorbener Vater nach Hause in die Stube gebracht, und als diese Schwalbe ohngefehr eine halbe Stunde in der warmen Stube gelegen, sey sie lebendig geworden, und fing an in der Stuben herum zu fliegen; ist aber matt geworden, und ohngefehr eine halbe viertel Stunde darauf wieder gestorben. Von denen Garn-Knechts, welche zu der Zeit bey dem Winter-Garn gearbeitet, seyn jetzo schon die meisten todt, und die übrigen haben sich in der Welt zerstreuet, daß Deponent dahero niemanden von denselben zum Mitzeugen anzugeben weiß.

Noch bringet Deponent bey, daß er fast alle Jahr gesehen, wie die Schwalben ohngefehr 8 Tage nach Michaelis sich auf den Seen aufs Rohr oder Schilff, und zwar zu 6, 7 auch mehr auf ein jedes Rohr oder Schilff setzen, da sich dann durch ihre Schwere das Rohr oder Schilff beuget, und die Schwalben sich an das Rohr oder Schilff mit den Füssen fest anhaltend, auf die Art unter das Wasser sencken.

Auf Befragen, woher es komme, daß so selten Schwalben aus den Seen herausgezogen werden? Antwortet Deponent: Daß die Schwalben sich eigendlich an den Oertern auf den Seen ins Wasser sencken, wo das Rohr und Schilff am deichtsten stehet, an solchen Oertern, aber kein Zug mit dem Garn im Winter geschehen kan, dahero es sich nur von ungefehr begiebet, daß, wenn sie etwa mit einem Flügel des Winter-Garns einiges Rohr mitnehmen, sie alsdenn eine oder zwo Schwalben heraus bekommen.

Mehres

Mehres weiß Deponent nicht hievon beyzubringen; ist aber allezeit erböhtig seine gethane Aussage mit einem cörperlichen Eide auf Erfordern zu betheuren.

Gleichwie nun dieses Verhör auf bittliches Ansuchen des Herrn Adelichen Gericht-Schreibers Flatau in dessen Beyseyn geschehen, also wird ihm solches auch hiemit in forma probante extradiret. Actum ut supra

(L. S. Officii) J. Czernicki

Richter und Stadt-Schreiber zu Margrabowa, auch Amts-Actuarius zu Stradaunen.

C.

Extract-Schreiben der Hochgebornen Fr. S. M. Gräfin von Lehndorff Gnaden, Steinet den 14 Febr. 1747.

Ich habe mich zuforderst die Mühe gegeben, Deroselben zu satisfaciren mit dem Amtlichen Attest von Verbergung der Schwalben - . Ich muß bewundern, daß man an der Warheit solcher Eigenschafften dieser Vögel zweifelt. Es ist mir von meiner in Gott ruhenden Frau Mutter vor gewis gesagt worden, wie sie mit ihren Augen gesehen, daß man von dem frischen Haabe einen gantzen Bundel die Flügel in einander geschloßene Schwalben gebracht; es hatte niemand den Versicherungen der Fischer wollen Glauben beymessen, daß sie leben könten, darauf hat man sie in ein temperirt geheitztes Zimmer gebracht, so hatten sie sich aus einander begeben, und sind herum geflogen; und findet man zum öfftern einzele auch einige beysammen, so sich mit dem Garn auffischen laßen. Dieses Attest ist des Adelichen Gerichtschreibers aus Angerburg eigene Hand, verlangen auch Ewr. Hoch-Edelgebr. daß es mit dem Ames-Siegel bedrucket werden soll, so bitte mich nur mit ein paar Wort zu advertiren, als will es so gleich authorisiren laßen (*).

(*) Dieses Attest vid. infra sub lit. H.

D.

Extract-Schreiben Herrn Flatau, Kukowen den 10 Mart. 1747.

Gegenwertig habe die Ehre E. HochEdl. zwey Attestata wegen der Schwalben - zu übermachen, mit der Versicherung, daß man keine Mühe sparen werde, dergleichen Schwalben habhafft zu werden; wie ich denn bereits viele gutte Freunde ersuchet, mir hierin zu aßistiren, so bald nun von dergleichen Creaturen welche bekommen sollte, werde keine Minute versäumen,

men, solche gehörigen Orts zu übermachen; in Summa, ich werde nicht eher ruhen, bis dem Begehren - gehörig satisfaciret ist.

E.

Auf Begehren eines vornehmen Freundes habe ich dieses attestiren sollen, daß, als der seel. Herr Michel Rohr, Vice-Bürger-Meister in Angerburg die Königliche Fischerey in Administration und Arende gehalten, hat ihm sein Ceuper ein Rohr, an welchem sich einige Schwalben mit den Füssen angeklammert, die auf dem Steinartschen See mit dem Winter-Garn aufgezogen sind, gebracht. Diese Schwalben, als sie etwa über eine halbe Stunde in der warmen Stube gelegen, sind alle aufgelebet, und in der Stube herum geflogen, welches nicht nur viele Leute mit Verwunderung angesehen, sondern es hat auch mein seel. Vater, Johan Drigalski, Königl. Land-Schöppe, eine zum Warzeichen nach Hause gebracht, die ich, da ich ein Knabe über 10 Jahr alt gewesen, gesehen, und mich dessen wohl zu besinnen weiß. Die Schwalbe war unten an der Brust weis, und oben wie gewöhnlich schwartz, doch von ziemlicher Grösse. Kutten im Angerburgschen Amte gelegen, den 14 Febr. 1747.

Paul Bernhard Drigalski
Pfarrer mpp.

(Aquila 12 Pr. gr. Stempel) (F.R.)

F.

Actum **im Königl. Amt Oletzko, den 7 Mart. 1747.**

Andreas Rutta Garn-Meister bey hiesiger Königlicher Amts-Fischerey, seines Alters 53 Jahr, Evangel. Lutherischer Religion, wird prævia seria admonitione de veritate dicenda befraget, ob ihm nicht wissend sey, daß zuweilen Schwalben des Winters mit dem Garn aus den Gewässern heraus gezogen worden, bringet folgendes bey: Vor etwa 22 Jahren, zu welcher Zeit Deponent beym hiesigen Garn als Fischerknecht gedienet, wäre es geschehen, daß sie mit dem Garn, zur Winterszeit, auf der hiesigen, deucht an der Stadt gelegenen Königl. See auf dem Zuge, do Blota genant, an welchem Ort Sumpf und vieles Rohr befindlich, zwey Schwalben, die sich mit den Klauen fest an einander gehangen gehabt, herausgezogen worden. Der selige Herr Amtman Erdman wäre just, als der Zug geschehen, zugegen gewesen. Diese Schwalben hätte man zu der Zeit aufs Schlos in eine warme Stube gebracht, alwo sie aufgelebet, und hätte De-

ponent selbsten solche in besagter Stube herum fliegen gesehen, wie lange dieselben aber gelebet, solches wäre ihm nicht mehr beyfällig; plura nescit; vorstehendes Verhör ist von mir aufgenommen, und wird solches hiemit auf Ansuchen in forma probante extradiret. Oletzko den 9 Mart. 1747.

(L. S. Castrensis)

George Ludwig Erdman
p. t. Amtman und Jurisdictionarius des Amts Oletzko.

G.

Schreiben Herrn Flatau. Kukowen den 4 April 1747.

Noch ist hier ein alter Fischer, welcher vor etwa 20 Jahren zugegen gewesen, als mit dem Winter-Garn des Herrn Ober-Amtmanns Meyen aus Angerburg auf dem See nahe bey Widminnen acht Stück Schwalben, die sich mit den Füssen an einander gehefftet hatten, an einer Ecke rum Schilff aufgezogen worden; solte mit einem Verhör darüber dienen können; so bitte part zu geben. Dieser Mensch, welcher sich von Jugend an auf den Seen herum getrieben, und der beste Fischer ist, den wir haben, ist der festen Meinung, daß die Schwalben sich im Rohr ins Wasser sencken, meynet aber dabey, daß ihrer ein grosser Theil von den Krebsen den Winter über verzehret werden (*), seine Muhtmassung gründet er darauf, weil er zu unterschiedenen mahlen gewahr geworden, daß wann zuweilen eine Bachsteltze casu ersoffen, er umb und über diesem verunglückten Thierchen 30 auch mehr Krebse gefunden, die solchen verzehret. Ich habe alle Mühe diesen Winter angewandt, die Schwalben selbst zu bekommen, aber (weil das Eiß nicht gehalten nicht gebrochen) vergebens. So Gott ferner das Leben fristet, werde unermüdet dahin trachten, welche zu bekommen, und thut es mir gewis leyd, daß ich so unglücklich bin, und dem brafen - nicht dienen können.

(*) Es kan seyn; ich habe das Dubium, daß solches eher im späten Herbst oder wann Matthies das Eiß gebrochen, als unter dem Eise im Winter geschehen mag; massen die Krebse im Winter an den Ufern in ihren Löchern stecken, auch sonst eher ihre Nahrung umb die Ufere herum auf todten und ersoffenen Thieren, als im dichten Rohr suchen, und sich mach Fraß bey offenem Wasser besser herum sehen können. So halten sich auch die Fische unterm Eise in ihren Gattungen beysammen, von solcher Art, die einander nicht schaden mögen. Bey Fischhausen habe gesehen, so offt im Flügel der erste Fisch ein Kaulbarsch, wurde kein anderer als lauter Kaulbarsche und Butterlachse gefangen; solte also nicht dencken, daß auch dentati pisces sich nach den Schwalben im Rohr umbsehen. Conf. *Mant. Ichtyol*, §. XVI. ob die Fische des Nachts sehen?

H.

H.

Actum im Königlichen Haupt-Amte, Angerburg den 25 Jan. 1747.

Wann des Herrn Geheimbden Rahts Neander Wohlgebrl., mich den Adelichen Gerichtsschreiber des Amts Angerburg requiriret, wegen der Schwalben Auffenthalt zur Winterzeit in Ansehung eines sich unter den Gelehrten dieserhalb erregten Disputs mich zu erkundigen, diejenige eingezogene Nachrichten zu verschreiben, und das aufgenommene Protocol in forma probante zu extradiren, so habe mir Mühe gegeben, dieser Requisition zu satisfaciren, und mich hierin an Beamte, welche mit Fischereyen zu thun gehabt, zu adreßiren. Auf mein an den Herrn Amtman Wittkowsky abgelassenes Schreiben habe zur Antwort erhalten, daß er in anderen Verrichtungen nach Angerburg kommen, und was er von der Schwalben Auffenthalt zur Winterzeit wisse, gewissenhafft ad protocollum geben würde. In heutigem dato besuchet mich bemeldter Amtman Wittkowsky und deponiret folgendes: Er heisse Michael Wittkowski, 45 Jahr alt, Lutherischer Religion zugethan, habe das Königl. Domainen-Amt Didlacken in Litthauen zwölff Jahre durch in General-Pacht gehabt. Wegen der Schwalben könne er mit seinem Gewissen behaupten, und seine Deposition allenfals jurato bestärcken, daß er anno 1740 im Didlackschen Teiche drey Stück Schwalben mit seinem eigenen Garn, welches zu der Zeit an einem Rohrreichem Ort unterm Eise heraus gezogen worden, aufs Eiß gebracht gesehen; in anno sequenti 1741 wären zwo Schwalben an einem anderen gleichfals Rohr-reichem Ort unterm Eise heraus gefischt; er wäre dabey gewesen, hätte zu beyden mahlen diese Schwalben anfangs vor Krebse angesehen, bey näherem Anschauen aber, wären es Schwalben, die er in der Hand habend genau besehen, gewesen. Diese erstarrete fünff Stück Schwalben, nemlich 3 Stück anno 1740 und 2 Stück anno 1741 hätte er nach Hause genommen, und in eine warme Stube an den Ofen gebracht. Nach Verfließung einer gutten Stunde hätten diese Schwalben angefangen die Flochten zu bewegen, mit einmahl wären sie an das Fenster geflogen, und binnen 3 Stunden crepiret. Plura nescit.

Herr Amtman Bœncke, 34 Jahr alt, wohnet im Adlichen Gutt Hohenbrück, ist alhie in Sachen wider den Schumait im Haupt-Amte erschienen, saget auf Befragen wegen der Schwalben folgendes aus: Er hätte bey seiner Klöscöwschen arrende in anno 1745 in der Klöscöwschen See neun Stück Schwalben unter dem Eiß mit einem Zug hervor gefischet, wel-

che er insgesamt in die warme Stube gebracht, und recht genau observiret, wie dieselben allmählig das Leben wieder bekommen, über etliche Stunden aber wieder verlohren.

Zur anderen Zeit hätte er an demselben Ort gefischet, und einen Haufen Schwalben, die er aber nicht gezählet, aufs Eis gezogen; Er hätte selbige nach geendigten Zug wieder ins Wasser werffen lassen, weil es ihm leyd that, daß dieselben umb ihr Leben kommen solten. Er füget dieser Deposition, die er allenfals beschweren könne, dieses bey: Die Schwalben hätten die Gewohnheit, daß sie sich bey herannahenden Herbst versamlen, insbesondere an einem solchen Ort, wo viel Rohr im Wasser befindlich. Dieselben setzen sich hauffenweise auf ein Rohr, und zwar deicht an einander; so bald nun das Rohr die Last der Schwalben nicht tragen kan, beuge sich dasselbe mit denen darauf versamleten Schwalben ins Wasser, und komme nicht mehr hervor. Er wäre auf der Jagt gewesen, und hätte dieses alles mit grössester Verwunderung selbst angesehen. Ob nun die Schwalben den Winter durch an demselben Rohr bleiben, oder im Frühling mit dem Rohr übers Wasser kommen, wisse er nicht. Actum ut supra

(Sig. Offic.)

J. Szczepanski.
Königl. Preußsch. Adelicher Gerichtschreiber des Amts Angerburg.

J.

Attest des (PP. TT.) Hochgebr. Herrn Reichs-Graffen von Schlieben auf Ersuchen der fürtreflichen Dame, Frauen Reichs-Gräffin von Lehndorff Hochgeb. Gnaden:

(Pr. Adl.) (F. R.)

Auf Verlangen Ewr. Hochgebohrnen habe ich Endes benahmter mit meiner eigenhändigen Nahmens Unterschrifft, und Beydruckung meines Petschaffts hiedurch glaubwürdig attestiren wollen: wie ich vor einigen Jahren des Winters auf meiner Gerdauschen See fischen laßen, und bey Ausziehung des Fischer-Garns nicht allein Fische, sondern auch darinne einige Schwalben aufgefischet worden; von diesen Schwalben, weilen ich sie unbeschädigt gefunden, auch keine Faulung daran bemercket, habe ich eine in die Hand genommen, in die warme Stube gebracht, und vor todt liegen laßen; nach etwa einer Stunde bin ich gewahr worden, daß selbte sich zu bewegen angefangen; eine halbe Stunde hernach aber ist sie gar leben-

dig

dig geworden, und in der Stuben herum geflogen. Neu-Schloß-Gerdauen den 5 May 1747.

(L. S.) **A. F. von Schlieben.**

K.

Nachdem hieselbst die Rede entstanden, wo sich doch die Schwalben im Winter aufhalten mögen, so sind von denen Leuten verschiedene Meinungen desfals vorgefallen, unter andern hat sich ein Mann, Johann Peter Haberland, seiner Profeßion nach ein Leinweber, des Alters 45 Jahr, Lutherischer Religion dergestalt ausgelassen, daß er in seiner Jugend, da er etwa ein Knabe von 9 oder 10 Jahren alt gewesen, aus Egeln, 3 Meilen von Magdeburg, Quedlinburg und Halberstadt bürtig, nunmehro aber schon 34 Jahr in Preussen und zwar in den hiesigen Güttern 12 bis 13 Jahr wohnhafft, bey dem Flusse Bohde genandt, welcher durch die Alt- und Neue Stadt gehet, in seinem Vaterland eine Schwalbe von der durch die Teich-Gräber dazumahlen bey Grabung eines neuen Canals aus dem Wasser geworffenen Erde genommen, und selbige in der Hand gehabt, solche aber unter seinen Schulcameraden wieder zermatschet und zerrissen, und sey dieses um die Zeit zwischen Martini und Advent geschehen, so er als ein ehrliebender und christlicher Mann sehr hoch betheuert, dessen Vater, welcher auch noch am Leben, und ein Mann von 84 Jahren, weiß sich des noch sehr wohl zu besinnen, wie der Sohn zu ihm gekommen, und solches gemeldet, ja dieser alte Greis zeuget gleichfals ein, wie er Zeit seinem Dortseyn verschiedentlich wahrgenommen, daß zur späten Herbstzeit die Schwalben hauffenweise am Wasser-Rohr gehacket, und mit demselben durch die Schwere des Rohrs sich ins Wasser versenckt haben, und dieses hätte er auch alhie in dem Hofe Gros Steinorth, umb eben die Zeit, hinterm Brau-Hause, an welchem die grosse See stösset, gesehen; dahero wisse er nicht anders, als daß die Schwalben sich über Winter versäuffen. Bey gehabten anderen ôconomischen Verrichtungen habe auf Ersuchen Ihro Hoch-Reichs-Gräfl. Gnaden in der Sach diesen Man abhören, und dessen Aussage an Eydes stat hiemit niederschreiben wollen; im Hofe Gros Steinort den 6 May Anno 1747.

(L. S.) **Carl Friedrich Bock**

Landschöpp des Königl. Amts Angerburg.

Ex hoc attestato colligere licet, Hirundines in Germania ejusdem esse indolis & naturæ cum Hirundinibus in Prussia; Supersedemus pluribus documentis & speciatim singularibus ex vicinia Gedanensium.

§. XLV.

Abſtinendum itaque a levitate, ne cum *Catesbejo* & *Edwardo* viros ſenſatos, qui hiſtoriam Hirundinum exploratam habent, *abſurditatis* (§. 27) arguamus, nec cum *Bocharto* nimia gravitate in diem conſignemus: „*Hirundines migratorias eſſe aves, lippis etiam notum & tonſoribus.*„ Rident *Lippi* & *Tonſores*, quod *Bochartus* fabulam *Ariſtotelis* de deplumatis Hirundinibus in hiſtoriam ſole clariorem vertere & confirmare auſus ſit (§. 39. 40); Difficulter etiam a motu ſtomachi abſtinendum, quando *alii*, quos minime deceat, *Olaum magnum* irrident, qui *Hiſt. Sept. XIX. 20* ſcribit: Hirundines ſub glacie hyemare; & porro: „In æſtuaria portatas caloris acceſſu Hirundines volare quidem incipere, ſed exiguo tempore durare;„ quod & *Derhammus* Th. phyſ. lib. VII. 3 teſtimonio Domini *Colas* confirmavit; nec non *Neander* & *Barthius:* Hirundines ſeſe dimittere turmatim quotannis in ſtagnum profundum oppido Beske in Marchia adſitum, ex quo extrahi queant retium ope; vel ſecundum *Scheſſeri* relationem, *Phil. Tranſ.* No. 19. p. 350: „It is moſt certain, that Swallows ſink themſelves towards autumn into Lakes, no otherwiſe than frogs, and many have aſſured me of it, *who have ſeen* them drawn up with a Net together with Fiſhes, and put to the Fire, and there by revived.„ *Eod. No. 19.* M. J. *Hevelius:* „I have frequently heard Fiſherman affirm, that the have here about Dantzig (*nimirum ex lacu Saſpe dicto & ſecundum Rzazczynski, in lacubus Pomerelliæ, Poleſie & Liniewo nuncupatis*) ofter fiſhed them out of the lakes in the Winter; but i never have ſeen it my ſelf.„ Cardinalis *Commendonus*, antea Legatus in Polonia, apud *Gratianum* de vita ejus p. 174 hiſtoriam Hirundinum, ſecundum plures circumſtantias refert, etiamſi fabulam de difformi urſorum fœtu eidem hiſtoriæ immiſceat, ſorte ex mente *Gratiani.* Liber Baro Dn. *Wolffius*, qui nos docet, verum a falſo dijudicare, hiſtoriæ taxandæ cauſam non habet, quin potius (de uſu partium in hominibus &c. §. 146) ſcribat„ von den Schwalben iſt bekand, daß ſie ſich gegen den Winter in den moraſtigen Grund der Teiche legen, umb daſelbſt vor der Kälte ſicher zu ſeyn, und in einem fortſchlaffen, bis es wieder warm wird.„ Vide Joh. G. Keyßlers neueſte Reiſe I. p. 15. ſeq. ibi: Ob man gleich dergleichen Exempel an den Schwalben hat, die zur Winterszeit offtmahls als todt in den Fiſcher-Netzen aus groſſen Seen gezogen werden, und in warmen Stuben wieder aufleben ꝛc. - Conferatur *Spectaculum naturæ* prem. part. Entret. XI. p. 317 edit. Par. „On pretend, que pluſieurs (Hiron-

(Hirondelles) paſſent la mer; mais - *Cromero Polon.* I. 1. Et *Rzaczynski* H. nat. cur. Polon. I. p. 284 ſeq. *Hic: Primus* piſcator cognomento Mroz Graudenti in Pruſſia Hirundines concatenatas centum & ſexaginta e Viſtulæ proluvie glacie tecta, retibus traxit: *ſecundus* piſcator de cehrinenſi lacu capitaneatus tucholienſis: *tertius* de lacu valcenſi palatinatus posnanienſis: *quartus* de lacu Czarne capitaneatus oſiecenſis; *quintus* de ſtagno ſeu piſcina majore belzicenſi palat. lublinenſis; *ſextus* de lacu capitaneatus borzechovienſis: *ſeptimus* de lacu Charzykowy pal. Pomeraniæ: *octavus* de lacu prope pagum Grazawy in terra dobrzinenſi: *nonus* de lacu parvo villæ Skape palat. culmenſis: *decimus* de ſtagno ad Skrzeſzowo: *undecimus* ex lacu ad villam Godziſzewo pal. Pomeran. *duodecimus* ex ſtagno ivanovicenſi palat. caliſſienſis: *decimus tertius* ex lacu Eberteuch varmienſi: *decimus quartus* de ſtagno Bren palat. ſandomirienſis, an. 1728 Martio menſe - eduxerunt Hirundines &c.

§. XLVI.

Antiquitatem omni qua me decet reverentia colo, ſed adulatorie rem ejus agerem, ſicubi opinionem veterum, quam *vanam* appellavit *Thomas Molineux* (7), de migratione plurimarum avium, in ſpecie Hirundinum, experientiæ & rectitudini rationis præferrem; moderna quoque documenta plus valent, quam protocolla antiquorum cerebrina, quibus hiſtoriam naturalem multoties & evidenter obſuſcarunt.

(7) *Phil. Tranſ. No. 234. p. 246.* Where they (*Catterpillers*) go, is made a queſtion, ſome thinking they take their Fligh like *Swallows* and other Birds of paſſage, *as they are call'd, to a more diſtant country* and warmer climate. But i believe, there is no other ground for this *fancy* (eitlen Wahn) &c. - Quam vanam opinionem Dn. *Bourghetus* recoxit, inquiens: „Oiſeaux de paſſage: Les Cailles, les *Hirondelles* - Cailles au printems paſſent d'Afrique en Europe: ſur la fin de l'Automne elles s'en retournent par deſſus la mediterranée, pour jouir dans l'Egypte & dans la barbarie d'une chaleur douce & ſembable à celle *des climats qu'elles abandonnent.* Suſtinet idem autor, quod *Coturnices*, ad nubium inſtar, ſupra navigia vehantur.

Modo certiores ſumus, non niſi *quatuor* dari *ſpecies Hirundinum*, unius generis, in Europa, nec plures in novo mundo, præter illam, quam *Catesbejus* in appendice indigitavit, *cauda aculeata*, ſupra §. XL; plures hactenus nemo monſtravit. Illarum duæ, *riparia* ſcilicet & *muraria* inveniuntur hyberna in ſicco ponere; de reliquarum hybernaculis ſub aqua verba loquuntur non ſolum eruditi, ſed & de controverſia hirundinea indocti, quibus perinde eſt, utrum bella exinde vel duella oriantur, dummodo

modo ſui circuli non turbentur; Lyncei juxta cauſæ merita diſpicientes, nihil abſurdi in eadem offendent. Si dixeris: Individua non teneri mores ſequi generis univerſi, quod plures conſtituunt; hoc quidem non negamus, interim tamen nullam veremur contradictionem, ſi omnes propagines a ſtemmatis natura non abludant, etiamſi qua circumſtantias quædam dentur anomaliæ. Perdices ſequuntur gallinaceum genus, & nemo non novit, Perdicum gallinas, prout domeſticas, a Gallo gallinaceo congregari, interdiu noctuque turmatim cohabitare, (tempora aphrodiſiaca ſi exceperis) & ſub dio vel inter ſegetes & frutices, vel plerumque ad colles ſub fruticetis repoſitoria ſua habere; nihilominus tamen Perdices in quadam inſula e regione terræ guineenſis 15°, 48′ verſus partem auſtralem lineæ æquinoctialis innumera copia in cuniculis ſocialitatem colunt; *Journ. van drie Voyagen*, Amſt. 1643 p. 48. Taceo *Penguinum* & *Ululam cunicularium*. Sic nihil involvit abſurdi: „ Hirundinum alteras ſub terra vel in ſicco, alteras vero ſub fluido in fundo aquarum cubatum ire.

§. XLVII.

Jam vero relationes de Hybernaculis Hirundinum ſeptentrionalium præter *Catesbejum*, *Edwardum* & alios *Fr. Willughbejo* (8) *Bourghetto* & *Zornio* (Petinoth. paſſim) valde ſuſpectæ ſunt. Par eſſe ſolet, ne minor habeatur fides illi, qui digito monſtrare paratus locum ubi patratum facinus, & dicier hic eſt, quo Hirundines ſe viſui noſtro ſubtrahunt, & ſic teſtis eſt ocularis, qui factorum circumſtantias quam plurimas obſervavit, præ illis, quibus non niſi in ſuſpicionem venit, quo migrarent, & qui nullum validum teſtimonium de viſa extra Europam ulla Hirundine europæa exhibere poſſunt. Sed ſolet nobis objici: „Naturam Hirundi„num non ferre, ut ſub aqua ſubſideant, & in fundo ſepultæ ſine victu, „ſine ſenſatione vitam, neſcitur quo miraculo, ſervare queant, i. e. quod „ſuffocatæ & mortuæ in aquis Hirundines nullo tempore reſurgant.„ Verum enim vero, ecquis eſt, qui rem teneat expeditam, quod ſit contra Hirundinum naturam, in madida intrare depoſitoria? talis exceptio præpoſtera eſt, cribroque ex aqua hauſta. Perilluſtris Liber Baro *Wolffius* (cit. l.) nullum ſibi dubium movit, prout nec alii viri docti & bene ſenſati. Nonne Hirundines *ripariæ* vivæ ſepeliuntur in terra? quam illarum natura non abhorret. In eo vertitur rerum cardo, an vitam ſervent, an vero vita priventur in terra. Quamdiu animal vitam non dimittit, nulla putredo, regulariter quidem, neque in terra nec in aqua potis eſt, corpus

pus animalis afficere, nedum deſtruere. Nondum legi, nec audivi, qui fiat, quod muſcæ in conclavi ſive frigido ſive humido, ſolis inſuper radiis expoſito una cum certis papilionibus diurnis aliisque inſectis apparenter quidem mortuæ nullam tamen putredinem per integram hyemem contrahant, vel exareſcant, verum juſto tempore, vel etiam conclavi calefacto, a lethargia liberatæ, & quaſi oculos defricantes, vita rurſus valere queant? Quis eſt, qui neſciret, ranas in fundo licet mobiles, nullum tamen victum quærere, ore ſatis forti membrana clauſo. Sic propoſitiones noſtræ inſulſæ non audiunt niſi illis, qui aves prout quadrupedia e terra non ex aqua procreatas eſſe ſtatuunt, longe autem abeſt, quod aqua avium naturæ plane ſit adverſa. Innumera inſecta æſtivo tempore ſuper terra vivunt ſupraque ſolum elevantur, ingruente autem hyeme, ut *formicæ* (9), ſcarabæi &c. in terra ſe condunt, multa in aquas ſeſe præcipitant, nulloque victu fruuntur, nec tamen dimittunt vitam, neque eorum ovula, ſive in terra ſive in aqua depoſita gelu conſtipantur vel prout ova avium putreſcunt. De Ephemeris vid. P. I. §. IX. Nullum itaque animal ſub glacie putredinem contrahere dixerim, niſi ante convictus, quod vita ſit privatum; nec frigore extinguuntur ejusmodi animalia, quæ natura ſive in terram ſive in fundum ſub aqua trudit; non in fundo aquarum, quousque ex locis uliginoſis, tanquam hybernaculis ſuis facto vel hominum vel beſtiarum non tolluntur. Satis quoque cognitum habemus, ad quam altitudinem frigus in terram pro conditione ſua, vel in aquam, pro diverſo volumine penetrare poſſit. conf. *Cyprianus* p. 1460.

(8) *Ornithol. p. 155*: Quo abeant, vel ubi latitent Hirundines hyberno tempore, nec inter rei naturalis ſcriptores convenit, *nec nobis ſane compertum eſt;* veriſimilius tamen videtur, eas in regiones calidiores, Ægyptum puto & Æthiopiam avolare, quam vel in arboribus cavis, vel in foraminibus rupium, aut veterum aedificiorum, vel in aquis ſub glacie, ut Olaus refert, latere.

(9) Il eſt vrai, que les fourmis, comme tous les autres inſectes paſſent tout l'hyver dans un profond ſommeil, qu'elles ne mangent, ni ne remuent pendant tout ce tems *d'une parfaite lethargie;* C'eſt ce qu'un Philoſophe moderne vient de demontrer inconteſtablement; *Bazin* l. c. p. 31. adde *Cyprianum* pag. 1459 qui contra *Bodinum:* Similiter Ciconiae ſub aquis hybernant ſine reſpiratione, immo & eae *Hirundines*, quae extra aquas latent, conglomeratae reſpirare non percipiuntur. - Ineſt illis anima ſive ſpiritus animales ſed hyemali frigore incraſſati circumfluere per partes corporis, ac vitae facere indicium manifeſto membrorum motu non poſſunt &c. & *Lutherum* in Comment. ad Geneſ. c. 1: miraculum de Hirundinibus uſu notum eſt, quod in aquis per hyemem mortuae jacent, & ſub aeſtate reviviſcunt, quod ſane magnum eſt noſtrae reſurrectionis argumentum.

§. XLVIII.

Qui abſolute negare nequeunt, Hirundines aliquando in aqua & quidem juxta arundineta inventas eſſe, varios caſus hujus infortunii accuſare ſolent; Rever. Dn. *Zorn* I. p. 451 ſingularem nobis explicat caſum ſervatis omnibus circumſtantiis, nimirum: Hirundinibus arundineta multum accepta eſſe, unde ſit, quod aves cœlo non tractabili ibidem locorum, ut focillentur, in globum coëant, quo in ſtatu aliquando in aquam prolabantur, ex qua nonnunquam ſemimortuæ ab hominibus extractæ ſint; alium caſum doctiſſimus autor alibi animo imbibit, quod Hirundo ex hybernaculis longinquis domum rediens, ob frigora ſeſe in arundinetis occultet, & triſtia fata quandoque experiatur; cum tamen non de caſibus ſit quæſtio; & (bone Deus) nonne mirabile audit, quod conglobatæ aves, ut focillentur, interdiu creſcentes undas non animadvertant, vel noctu alto ſomno conglomeratæ & ſepultæ ſint, ut involuntarie in aquis ſuffocarentur? & quis Hirundines adeo ſtupidas ſua natura eſſe facile dixerit, ut neſcirent, ſeſe conglobatas in vacillante arundineto contra injuriam tempeſtatis manutenere non poſſe, quin, ſemel formato glomere, contra voluntatem, illico in aquam deciderent? vel quod Hirundo redux ſit adeo inſenſata, ut aſylum in arundineto quæreret, quod tutiſſimum in tuguriis piſcatorum inveniret? talibus quippe in locis, in quibus aves aliquando ex aquis extractæ, ut homines haud procul habitaverint, extra dubium ponimus. Æſtivo quidem tempore, quando genera ſua multiplicant intra domunculas, in horreis & bovilibus, nidos ponunt, nec depoſitoria ſua quærunt inter arundines; quando autem declinante tempore autumnali arundineta frequentare incipiunt, opportune attenti ſimus, ubi maneant, ut de diſceſſu earum certiores reddamur. Interim Dn. *Paſtor* caſus modo dictos inter raros connumerat, cautelam ſuperaddens, ne mox ab Hirundinibus ad alias aves argumentemur; Sic eſt; Utique rariſſima imo inaudita exempla ſunt Hirundinum *verno vel æſtivo tempore* ſeſe ſive caſu ſive deſperanter ſuffocantium, e contra æque rariſſima & inaudita exempla non ſunt avium *hyeme* retibus ſub glacie extractarum, licet non quotidie, prout piſces retibus vel hamis, capiantur. *Idem* vir Reverendus I. p. 452 mente non concipere poteſt, qua ratione Hirundines verno tempore ex aqua emergere poſſint? Verum enim vero, ſi immerſionem tempore autumnali non negaſſet, nullum ipſi verno tempore emerſionis dubium ſuperfuiſſet. Quando Hirundines in fundo ſubſident, contractis ex lentore vaſis ſuis, graviores ſunt aqua; quo vero tempore levio-

leviores fiunt, eodem tempore ultro proveniunt. Ubi *Crayracion* 6tus (miſſ. de piſc. III) ſive Orbis muricatus alter *Cluſii*, Vogel-Fiſch, See-Taube, ad exceſſum ſeſe aëre implet, corpus aqua ſubmergere neſcit, ſed humiliatus ventumque dimittens, quo vult, ſub aqua natare, & in fundo vagari poteſt; primo caſu levior, altero autem aqua gravior factus.

Quicquid autem ſit, ex ad-& deductis, luculenter apparet, migrationem plurimarum avium, in primis Hirundinum, in loca tepidiora extra Europam ex puris & putis conjecturis antiquorum enatam, poſterisque in ſpeciem probatæ veritatis & hiſtoriæ naturalis propinatam eſſe; E contra non vana ſpe utor, me ſufficienter teſtibusque fide digniſſimis comprobaſſe, non ſolum, quod in ſpecie *Hirundines* & in frigidis aut temperatis & in calidis mundi regionibus, & quidem intra fines ſoli natalis, per aliquot menſes oculis hominum ſe ſubtrahant, ſed quoque, quod non dicis gratia disquiſiverim, utrum poſſibile ſit nec ne, quando perhibeatur, *Hirundines* partim in *terra* partim ſub *glacie* hyemare, ſalvasque ſoſpitesque verno tempore ex utroque repoſitorio reſurgere; ambas propoſitiones Lectoris dijudicationi committo. Quodſi vero vel noviter reperta & fide digna documenta, vel ad recognoſcenda facinora Hirundinum ipſa delicti corpora poſthac ad manus meas venerint, non defuturus, quin ante oculos incredulorum exponerem omnia; humaniſſime rogans, ne præpoſtere & ſententionaliter *relationes abſurdas* appellent moroſi, niſi re probe perpenſa; non enim facile in phyſicis, ſpeciatim in hiſtoria naturali, cauſas admittere ſolemus experientia non ſufficienter probatas; præjudicia & ſuperficiariæ rerum cognitiones, ex ſiniſtri plerumque conſilii ſententia falſa pro veris nobis obtrudunt; & quando concurrunt probationes, ſolent meticuloſi rerumque non ſufficienter gnari fabularum conditores tanquam veridicos omnique exceptione majores ſalutare, & veritatem longe aufugientem ne quidem a tergo reſpicere; quod omnibus temporibus multum incommodi in hiſtoriam naturalem introduxit.

Mittimus pro hac vice *Hirundines* migratorias, quo abire velint, quove abire teneantur; ultimo loco disquiſituri: Quibus moribus imbutæ Ciconiæ?

§ XLIX.

II. VBINAM CICONIAE HYBERNENT?

Aristoteles, H. A. VIII. 16. binis verbis loquitur: φωλεῖ γαρ καὶ πελαργος (*); Ciconia *latet;* der Storch verbirgt sich, opponens *latentes* alio *migrantibus*. Alii antiquorum certiores esse volunt, mutare aërem plagamque Ciconias, sed nescii, quo abeant; rursus alii loca digitis monstrant, ubi has aves migratorias exercitum in aëre componentes observarint, easque septentrionales fuisse pronuntiant, forte persuasi, nullibi Ciconias nisi in septentrione dari; tandem nonnulli Ciconias, prout Hirundines, aquæ committunt, ut sub glacie hybernent; audiamus in antecessum nonnullos, antequam Ciconiarum causam agamus.

(*) A πελον niger & αργον, albus.

§. L.

Plinius X. c. 23 contestato dicit: „quod, quonam e loco veniant Ciconiæ aut quo se conferant, *incompertum adhuc* sit;„ quod ipsi in honorem cedit: *Colerus*, *Gesnerus* & alii nihil habent, quod adderent. „No se sabe hasta agora de donde vienen ni adonde van las Ciguennas„ *Fr. Velez* de los animales, en Madrid 1613 p. 272; & *Albertus M.* lib. 23: „quod autem non est compertum, ubi *lateant*, est, quia NB. se valde *occultant* in desertis paludum & cavernarum, *sicut & cætera latentia.*„ Idem *Solinum* mendacii inculpat, quod Ciconiæ ultimam adventantem lancinent. *Ambrosius* Hexaem. L. 5. c. 19 Tom. VI. plerisque circa orientem locis invehi dicit; *Isidorus* Orig. XII c. 7. p. 171: veris nuntias in Asiam collecto agmine tendere; quem *Solinus* interpretatur, quod Phytonos Comen in Asia locus sit campis patentibus, ubi primo adventus sui tempore Ciconiæ advolent, & eam, quæ ultima venerit, lancinent. Le *Bruyn* pariter Asiam appellat (1); & secundum Diarium Batavorum de anno 1597 ad civitatem *Balambram* insulæ *Javæ* ingens agmen Ciconiarum d. 22 Januar. observatum (2).

(1) *Voy. au Levant* Cap. LXXII. J'ajoute à ce recit une chose, qui m'a été asseurée par divers personnes; c'est qu' il vient d'Egypte de tems en tems de certains oyseaux, qu' on appelle en Arabe *Gor*, qui ne ressemblent pas mal à des Canards - on dit la même chose de Cicognes; On n'a sçeu jusqu' à present avec quelque certitude, quel est le lieu, où elles s'en vont, lorsqu' elles nous quittent. Je ne voudrois pas avancer comme une verité indubitable ce que je vai dire, mais on m'a asseuré, qu' assés loing de l'autre côté du Jourdain est le lieu, où elles se retirent dans un lieu, que les Grecs nomment Eremo, comme qui diroit le lieu desert. C'est un droit, où l'on ne va jamais, parce qu' il est plein de brossailles, & qu' il y fait

fait tres grande chaud. Elles vont là au mois d'Octobre, & qu' il y en a, qui se retirent en Egypte.

(2) Beschreibung der neuen Reyse, so die Holländische Schiffe in den Orientalischen Insuln von 1595 bis 1597 verrichtet, übersezzt von *Levino Halsio* Nürnberg 1598 4to, daselbst pag. 515: den 22 *Jan.* alda (am Fluß der durch die Stadt Balambram läufft) haben wir große Menge von Störchen gesehen, so wir vermeynen, ob wohl man in unsrem Lande nicht weiß, wo sie hinkommen, daß sie sich hier des Winters aufhalten, denn es umb diese Zeit recht Winter in unsrem Lande war. confer. *Schwenkf.* p. 236.

§. LI.

Bellonius narrat Obs. Sing. ex Clusii transl. Cum circa Abidam essem, NB. 24 *die Aug.* ingentem Ciconiarum vim conspexi, quæ ad 3 vel 4000 accedere videbatur, volabant illæ a *Russia* & *Tartaria*, & Hellespontum agmine decussato transversum trajiciebant, & cum supra Tenedum essent, longo per anfractus tractu se convertebant, donec in circulum omnes colligerentur. Inde priusquam longius a faucibus Propontidis pergerent, in minores aliquot turmas supra viginti se distribuebant, & se invicem versus meridiem sequebantur (3). Dn. *Schauw* (4) observasse dicit sub monte *Carmelo* Ciconias ex Ægypto advolantes, & *medio* mense *Aprilis* in Curo-Aquilonis tractum iter facientes.

(3) Conf. *Idem* de la nat. des Oiſ. IV. p. 202; & alibi: quod Ciconiae juxta Antiochiam ad montem Amano congregentur.

(4) *Tom. II Voy.* Chap. V. p. 167. Vers le milieu d' *Avril* 1722 nôtre Vaisseau étant alors à l'ancre sous le mont Carmel, j'en vû trois vols, dont chacun fut plus de trois heures à passer, & s'étendoit plus d'un demi mille en largeur. Ces cicognes venoient de l'Egypte, parce que les *Canaux du Nil & les marais* qu' il forme tous les ans par son debordement, étant desechés, elles se retirent du Nord-Est. On remarque que les Cicognes avant que de passer du païs dans un autre, s'assemblent quinze jours auparavant de tous les Cantons voisins dans une plaine, y formant une fois par jour une espece du Divan, comme on parle dans le pays, pour fixer, à ce qu' on dit, le tems precis de leur depart & le lieu, où elles se retirent.

§. LII.

Quod Ciconia forte ad numerum millenarium congregatæ una in altum eleventur, & quoquo versus abeant, quadantenus experientia me docuit. Aliquando cum Parente pie defuncto tanquam amanuensis ex commissione regia circa festum S. Bartholomæi stylo veteri in Capitaneatu primario brandenburgensi regni Prussiæ hospitio in aula nobilis, cujus fines regundi, continebamur. Ego totam noctem ad usque primum mane labore consumpseram; Ephorus liberorum Hospitis surgens, ut caldam mihi pararet, aperta aulæ janua amplissimum campum magno

agmine Ciconiarum occupatum obſervavit, hoc ſpectaculum brevi tempore miratus mox mihi redux referebat. Leviſſimæ armaturæ exercitum luſtrare cupidus, & intervallo trium circiter horæ minutarum exiens, ne unicam quidem in campo, nedum in aëre ullam ex ſequacibus amplius percipere potui oculis meis, quarum centenarias vel millenas adfuiſſe profitebatur Ephorus. Vitium ſomniolenti objiciebam amico, verum ipſe ſomniabam, quippe ſtercora exercitus aligeri in campo depoſita comprobabant rei veritatem, quodque amicus bene oculatus e lecto ſurrexerit. Dolebam aliquantisper quod obſervaſſe mihi datum non fuerit, in quam plagam petierint aves, an ſiniſtrorſum verſus Poloniam, an vero dextrorſum verſus propinquum Habum recentem, aut mare balticum, an demum recta via in Germaniam. Interim *Bellonii* aſſertum: „quand les Cicognes s'en vont, on ne les apperçoit en trouppe, ſi non en l'air„ hoc caſu exceptioni ſubeſt.

§. LIII.

Superſedemus citationibus *Swalbacii*, qui Ciconias in Ægyptum; *Oppiani*, qui in Æthiopiam; *Fabri*, *Schwenkfeldii*, qui easdem in Africam mittunt, nec non *Ecbaldi a Lettau* & aliorum autorum. Jam enim ex ſupra dictis ſufficienter colligimus, nihil certi de hybernaculis Ciconiarum ſtatuendum eſſe; quod adhuc paulo attentius conſiderabimus. Insigni dubio laborat relatio *Bellonii* (§. LI) quod Ciconiæ, quas ad Abidum vidit, aves ſeptentrionales vel Ciconiæ *noſtrates* fuerint, cum non nemo noverit, quod Ciconiæ 24 die Auguſti, ſt. novi, nobis adhuc familiares ſint, non niſi poſt feſtum S. Bartholomæi ſt. vet. viſui noſtro ſe ſubtrahentes; ſic fieri nequit, abituras vel ipſa die 4ta Sept. eadem die circa Abidum conſpici. Simili dubio ſubeſt relatio Domini *Schauw*, qui ſeptentrionales Ciconias ex Ægypto reduces juxta montem Carmelum proficiſcentes obſervaſſe ait; medium enim menſis Aprilis, ſt. vet. menſi Majo proximum eſt, jam vero quotannis die 17 aut 18 Martii ſt. vet. niſi nimis ſevera hyeme auram focillantem prohibente Ciconias noſtris in regionibus oculis percipimus, auribus crepitantes audimus; Unde porro ſequitur, *Ciconias viſas* a præfatis autoribus ad alias mundi plagas, non ad ſeptentrionalem, pertinuiſſe. Dn. *Schauw* cauſam abitus Ciconiarum ex Ægypto, quaſi ſecundariam, ponit in eo, quod tum temporis ſcil. *menſe Aprili irrigatio telluris abſoluta* ſit, flumen Nilus littora ſua alveumque naturalem recuperaverit, & regiones adjacentes imo omnes inferiores exſiccatæ ſint, unde ulteriorem victum Ciconiæ petere prohibeantur; ſed

ſed in notabili errore verſatur *autor* laudatiſſimus; Contrarium potius dicendum, Nilum ſcilicet menſe *Aprili* nondum irrigaſſe arva Ægyptiaca; & poſito, quod Ciconiæ in Ægyptum victus gratia proficiſcerentur, non pro hyeme ad menſem usque Aprilis, verum pro æſtate iter ſuſciperent; Incipit enim *Nilus* Ægyptum inundare ultimis diebus Aprilis; quando vero ſol *Libram* appropinquat magis magisque arva dimittunt aquam, Nilus autem ſeptima vel octava menſis Octobris diebus, ſole adhuc in Libra conſtituto, rurſus in alveum ſuum deſcendit; & tum temporis demum incipit agricultura fœcundatæ telluris, quamvis in *Æthiopia* integro menſe citius creſcat & decreſcat notabile flumen (*). Exinde ſimul colligere licet, quod plerique autores perperam omnes fere aves ſeptentrionales & *aquaticas* ad Nilum vel *victus*, ne dicam pullos faciendi, gratia pellunt, qui pro hyeme fluvius non magni voluminis ſed fere vadoſus in nonnullis locis eſt. Ægyptus proprias Ciconias habet, quæ *Ibides* (in ſingul. Ibis) vocantur, roſtro nonnihil incurvo (5) quas antiquitus in ſummo honore habuerunt: *albas* & *nigras*, prout nos habemus Ciconiam albam & nigram; Illarum *nigra* juxta Damiatam, *alba* ubique in Ægypto; ut itaque Ægyptii non indigeant Ciconiis vel Ardeis noſtris pro tollendis ſerpentibus inſectisque nocivis.

(*) *Plin.* Lib. V. c. 9. ſect. 10: Incipit creſcere luna nova, quaecunque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modiceque, *Cancrum* ſole tranſeunte, abundantiſſime autem *Leonem*; & reſidit in *Virgine* iisdem, quibus accrevit, modis. In totum autem revocatur intra ripas in *Libra*, ut tradit *Herodotus* centeſimo die. *Salmaſius* in Solin. p. 436. creſcere Nilum cenſet ad aequinoctium usque autumni. *Maillet* (par l'Abbé *Maſcrier*) deſcript. de l'Egypte I. p. 63: que regulierement tous les ans, depuis le commencement du printems jusqu' aux derniers jours de l'été ce fleuve s'enflant - p. 70: Les Anciens & les modernes ne parlent pas uniformement de cette inondation reguliere - on peut dire, qu'en general & ordinairement l'accroiſſement des Eaux du Nil ne commence, que *dans les derniers jours du mois d'Avril* & au commencement du Mai - p. 71 Enfin au Solſtice d'été elle eſt deja conſiderable - p. 87. L'inondation dure ordinairement depuis le 20 de Juillet jusqu' au commencement de Novembre, que les terres commencent à ſe decouvrir - Le Mois du Novembre diſſipa toutes ces inquietudes, & l'on eût le tems de confier au Limon du Nil *toutes les Semences* - p. 88 La ſcene change à la fin de Novembre; alors *les yeux ſe promenent ſur une prairie univerſelle*, qui au mois *d'Avril* fait place aux *moiſſons* jauniſſantes & aux epics dorés. *Vide* Salomon Schwiggers Reyſe nach Jeruſalem p. 257 ſeqq. & p. 259 Wenn ſich das Waſſer geſezzt, und der Erdboden ein wenig ausgetrucknet, daß er dem Pflug bequem worden, da fähet man an zu ſäen und pflantzen und dem Feld ſein Recht zu thun ꝛc. Conf. Voy. de *le Bruyn* (*à Rouen*) Tom. I. p. 471. not. (a) & Tom. II. p. 79. ſeqq.

(5) Deſcriptiones vid. apud *Bellon.* & *Willughb*; *Plutarchum*; *Ælianum*, *Voſſium*, *Jonſtonum*, *Mailletum* &c. & *Ord. av.* §. 62 n. XI. *Nehem. Grew* muſ. reg. p. 64.

§. LIV.

§. LIV.

Eruditus & in rebus gerendis exercitatus LECTOR porro judicet, numne relatio Domini *le Bruyn* (§. L.) de diverticulo Ciconiarum in incommeabili Eremo juxta Jordanum pariter manca ſit, eoque magis, quod ipſe *autor* eidem parum fidei addit. Hyeme *Jordanus* intra littora ſatis alta vadoſus eſt, ubi laudata Ciconiarum copia parum lucraretur; menſe Aprili, quo tempore aves ſeptentrionales ovis in locis nativis incubant, liquefacta nive ex Libano demum excreſcens, adjacentia loca irrigare incipit, quod & *Biblia ſatra* I Paral. XII. 15 - Jerem. XLIX. 19 - L. 44 tacite comprobant; nec invenire poſſum illud, quod deſcribit *le Bruyn*, deſertum ſingulare juxta Jordanum ſive *minorem* ſive, qui in mare mortuum illabitur hocve transcurrere dicitur, *majorem;* Neque me multum movent ejusdem littora in aliquibus locis arundinoſa, quæ & aliis fluminibus competunt; imo non crederem, Ciconias *arundinum vallem* ſatis notam occupaturas; Inſuper Jordani, fluminis omni tempore memorabilis, regiones ſatis cognitæ ſunt, in quibus fruſtra Ciconiæ ſeptentrionales latibula quærerent hyeme, vel concilia diuturna inibi, uti juxta Carmelum montem, celebrarent, quæ nemo, præter illos, qui tales congregationes *Bruynio* narrarunt, obſervaverit. Poſito autem, quod a Jordano Nilum peterent, non comprehendo, quare commorari ament juxta Jordanum, cum Nilus terreſtre iter facientibus vix 70 milliaria longius diſtat. Minime igitur nobis ſufficere poteſt vulgare illud præjudicioſorum hominum dicterium: *Sic fert relatio.*

§. LV.

In genere juxta amborum fluminum *aſyla* notandum, quod aves aquaticæ noſtrates, creſcentibus illis victumque ſat amplum aligeris indigenis præbentibus, non inibi, ſed *domi* nobis adſint; irrito quoque conatu a nobis ad Ægyptios ſecederent omnes tum temporis, quo Ægyptii arva ſua colunt, avesque tempore meſſis, ubique locorum uberrimæ, conturbarentur potius, quam pacifice advenas ſuis aſylis frui paterentur indigeni aves aquaticas, inprimis littorales; & vereor, ne palmipedes noſtrates improbe ſtupidas dicam aves, aſyla ſua in Nilo quærentes, neſcius, utrum crocodilus & avibus delectetur, unde longius talia ſpectra fugere ſolent volucres. Sed forſan citra Ægyptum vel Æthiopiam nos premat relatio ex *Diario Batavorum* (§. L.) deſumpta! quod ſimplicitate quadam vel aliquali probabilitate niti videtur, Ciconias in India orientali

tali considere solitas esse. Sed cavendum, ne desidiose huic relationi mox calculum nostrum addamus, & hybernacula Ciconiarum in locis valde tepidis ponamus. Non verisimile nobis audit, quod Ciconiæ ex temperato partim frigidiori climate, in quo natæ & enutritæ veluti per impetum vel ex abrupto lineam meridionalem superare velint, ut in regione satis fervente, haud procul a Civitate Balambra, insulæ *Javæ* in australi parte consideant; audacter judicamus, quod talia molimina cum Ciconiarum natura non facile concilianda. Itaque in dubium voco spectaculum & narrata Batavorum, prout narrantur. Forsan Ciconiis similes aves indicas, Ibides, Plateas, Grues (*vid. ord. avium*) vel ejusdem generis alias, ut Grues japonicas, e longinquo observarunt. Spectaculum credo, & nihil amplius fuisse hominum, quibus indulgemus, quod circa res naturales per se non lucrativas, attenti, prout decet, non fuerint; inprimis cum nemo conterraneorum, qui in Indiis imperium tenent, post seculum XVI illorum spectaculum comprobavit. Forte Batavi *Ibides*, quarum caput *Nehem. Grew* mus. reg. p. 64 descripsit, forte Ardeas, quarum mentionem facit *idem autor* in descriptione capitis, *of the Head of an Indian Heron ibid.* p. 63., Ciconias fuisse rati sunt. Nec vereor, quempiam adeo morosum esse, ut me delirare vellet, si dixerim, forte aves a quibusdam in aëre vel turmatim in terra visas aliis moribus præ nostratibus imbutas esse, ut gregatim quidem intra limites soli natalis loco in alium volitando moveantur, tandemque in satrapias sufficientem victum sibi largientes sese distribuant, rursusque cum aliis permutent; quod nemo peregrinantium hactenus eorum mores observavit, unde est, quod plerumque confusas notiones nobis propinaverint.

§. LVI.

Quodsi vero extra dubium positum sit, Ciconias nostras circa festum Bartholomæi mutare clima septentrionale, cum *Isidoro* affirmare non hæsitarem, abituras ad fines Europæ conterminos, in Asiam juxta fluminaa vel in loca paludosa & deserta Cosacorum magnæque Tartariæ, ubi vel cicadis, quæ innumeræ in paludibus generantur, sedemque sæpius in Hungariam, Germaniam & ultra mutant, victum sumere possunt, vel a ranisimilibusque animalibus quæ loca uliginosa indefinenter suppeditant, conofer. *Schookius* de Ciconia c. 2. *Becman.* hist. orb. I. c. 5. p. 121. nec adea solliciti simus de victu, quo per hyemem indigeant; tantum enim natur-ipsis hyeme præbere non tenetur, quo regulariter abundant æstate; suffi,

cit, ipsis conservare vitam, quam sine omni alimento servant Hirundines, nonnulla quadrupedia, angues, muscæ plurimaque insecta.

§. LVII.

Sed forte eadem est conditio Ciconiarum, quæ hyeme est Hirundinum, ut a natura jubeantur in aquarum fundo hyberna facere; ut volunt post *Albertum M. Kircherus*, *Gassendus*, *Prætorius*, & *Majolus*. Conf. supra §. XLVII notam (9). *Aristoteles* (§. 49.) dixit: *Ciconia latet*, ut justo tempore rursus appareat. Qui in fundo turris per semestre tempus incarceratus, compede autem soluta dimissus, utique latuit. Notanter *Plinius* XXXIII. 23: „Nemo vidit agmen discedentium cum discessurum „appareat, *nec venire* sed *venisse* cernimus, utrumque *nocturnis* fit tem„poribus; & quamvis ultra citrave pervolent, *nunquam* tamen advenisse „*unquam nisi noctu*, existimantur.„ Nec despicatui habenda *Baptistæ Fulgosi* (6) relatio ex literis *Gervasii Tibelisii* (vel potius *Tilberiensis*) Arelatensis regni Marescalci ad *Ottonem Quartum:* quod in lacu ejus regionis quidam piscationi operam dantes *hyeme multas Ciconias*, veluti mutuas, *rete in siccum traxerint*. Contra Marescalcum enim nulla suspicio militat, acsi Dominum, præter omnem necessitatem anili historiola circumvenire in animo habuerit; cum idem *Fulgosus* alterius casus de anno 1467 juxta *metensem urbem* meminit: „In Lotharingia - in quodam alio lacu *multæ aliæ Ciconiæ similiter* inventæ fuerunt, *quæ* in thermis revixerunt.„ Nec tamen nos terreat concurrens fabula a *Prætorio* & *Zornio* II. Pethin. p. 160. relevata. Vanæ quippe propositiones perperam philosophantium facta infecta reddere nequeunt. Sine dubio *Fulgosus* pro miraculo habuit casum, vixisse animal volatile sub aqua & sine victu, hinc alimenta mutua Ciconiarum vel ex intestinis derivavit. Si quis philosophetur, quod emortuis muscis *acari*, oculis nostris non percipiendi per ora vel proboscides intrarent in corpus, unde alimenta lucrarentur muscæ, risum quidem excitaret, ideo tamen tali ratiocinio historiam muscarum non tolleret.

Operæ pretium esse judico, paucis adhuc disquirere, utrum plane *impossibile* sit, quod Ciconiæ sub aqua hyberna habeant, vitamque servent, & tandem revivescentes ad domicilia sua redire possint.

(6) Vid. *Gesnerum* tit. Ciconia, & *Joan. Prætorium* de Crotaliftria tepidi temporis hospita p. 38.

§. LVIII.

§. LVIII.

Dominus *Paſtor Zorn* II. p. 159 temerarios vocat, qui Ciconias ex aqua extractas vidiſſe fingunt, quando fortuito ejusmodi aves *verno tempore* ſclopo necatas, vel caſu ſuffocatas in aqua invenerunt; Einige, inquit, ſind ſo keck, daß ſie vorgeben, ſie haben Störche mit eigenen Augen aus dem Waſſer ziehen geſehen, oder wohl ſelbſt heraus gezogen, wenn ſie etwa im Früjahr von ungefehr einen geſchoſſenen oder ſonſt verunglückten bey einem Waſſer gefunden. Profecto æque dura ac *Catesbeji* & *Edwardi* ſententia (§. 27.) ne me feriat, non inficior, ejusmodi homines perfrictam frontem habere; ſed non eſt quæſtio de Ciconiis *vernalibus*, neque de necatis *primo vere* aut alio acerbo caſu concuſſis. Ubi Ciconia primo vere necata fuerit ſclopo, vel in aqua ſuffocata, neceſſe eſt præſupponere, quod *domi jam fuerit*, &, undecunque ſit, *ad nidum jam redierit*. Quæſtio eſt de *hybernaculis* Ciconiarum. Quodſi vero Ciconia *menſe Februario* ſub glacie ex aqua, me præſente vel abſente extracta mihique fuerit oblata, nec in itinere in glaciem conſtipata, ut in tepidario ad vitam revocata ſit, officia muneratoris minime criminarer. Poſtquam vero reverend. Dn. *Zorn* hiſtoriam Hirundinum jam antea ad *anilia* retulerit, & illos, qui talium narrationum fide capti, homines ſuperſtitioſos dixerit, immediata ſuperioribus verbis ſequentia addit:

„wie in berühmter und angeſehener Männer Schrifften, die es „auch von hören ſagen und auf Trauen haben, ſolche Dinge zu „finden; z. e. in des *Olai M.* ehmahligen Ertzbiſchoffs zu Upſal „Hiſtoria rerum ſeptentrionalium, zu Baſel gedruckt p. 732 von „dem zuſammen geballten Klumpen Schwalben, die man aus dem „Waſſer gezogen, **ſo iſt kein Wunder**, daß einige mit dieſem „**Vorurtheil** eingenommen, es mit **allem Ernſt** gegen andere „**behaupten**;„

Et nihilominus tamen *Olaus M.* tamdiu veridicus manebit, non fabulator, quam diu in Suecia, in Pruſſia & in univerſo ſeptentrione *diſcreti*, *docti* & *circumſpecti* viri non defuerint, & quamdiu *Olai M.* effata ipſa experientia comprobaſſe ac quotannis quibusdam in locis comprobare non ceſſaverit. Non facile expellerem dubitationem, ſicubi *Vir Reverendus* poſtularet, Petinotheologiam ſuam ob titulum infallibilitatem habere, ſeque ipſum nihil ex auditu nihilque ex præjudicio tenere, hinc ſibi in ſingulis punctis *piam fidem* deberi, quam tamen Dominus *Paſtor Archiepiſcopo* Upſalienſi de rebus ſeptentrionalibus bene merito abnegavit. Quam-

diu vir doctiſſimus in medium non protulerit ponderoſiora argumenta, quibuscum contra hiſtoriam *Hirundinum* militet, & *poſſibilitatem* hybernorum vel in terra vel in aqua non tollat, nemo qui circumſpecte res conſiderare & perpendere conſuevit, in ejus caſtra deſcendet; impoſſibile nempe eſſe, conſequenter falſum, quod animalia quædam in tali ſtatu conſtituta vitam ſervent, ut ſalva ſive in terra ſive ſub glacie hybernare poſſint, niſi facta infecta reddere, ac homines honeſtos, diſcretos & ſenſatos in ſomniatores vertere præſumat. Cum autem *hiſtoria Hirundinum* ſalva & indubitata manet, publice confiteor, me ex rationibus dubitandi a Rever. Dn. Paſtore allegatis nihil elicere poſſe, ut mihi perſuaderem, non poſſibile fore, quod & forte Ciconiæ talibus hybernis, quibus utuntur *Hirundines*, ſeſe committant, etſi Ciconiæ duplo majores aves & Hirundines duplo minores eſſent, vel magnitudine Regulos criſtatos aut Tominingas non ſuperarent. Perſuaſus ſum, *Fulgoſum* vera narraſſe facta, & Mareſchalcum *Tibeliſium* non impoſuiſſe Ottoni IV, nihil itaque obſtare, quin fidem haberem *autoribus;* probe gnarus non quidem ſequi, ut omne quod poſſibile eſt, neceſſario & re ipſa etiam exiſtat; ſed ſi quis rem aliter comparatam eſſe dixerit, & *Fulgoſum* vaniloquii accuſaverit, is omnino ante fruſtrationem probare tenebitur, quam ipſi fides de inſimulatione in diem habeatur. Certiſſimus ſum, *Rever. Dn. Zornium* non expertum habere, quod fert relatio, animalcula longe minora Ciconiis & Hirundinibus, *Scarabæos* nimirum *impennes tardipedes*, *Petiverii*, non ſolum *ſine omni victu*, *ſed etiam poſt* multoties iteratas *immerſiones in ſpiritu vini* per aliquot horas, ſalvos ſoſpitesque per triennium vitam ſervaſſe; Hiſtoria utique miranda, quam ſecundum omnes circumſtantias evolvat *vir Rever.* in *Tranſ. anglic.* Voluminis XLI parte I No. 457 pag. 441 ſeqq. cujus autor eſt de hiſtoria naturali in ſpecie meritiſſimus Dominus *Baker*, cui vitam optamus longævam. Si de *Ciconiis* tot documenta mihi ad manus eſſent, quot de Hirundinibus modo proſtant, in illarum hybernacula conſideranda intrarem. Pro hac vice acquieſco in eo, quod in adjuncto ad finem hujus disquiſitionis legere licet de Ciconia menſe Januario 1729 ex aqua extracta, adque vitam revocata, & quod magis eſt, victu ſtatim præſente, in vita, neſcio quamdiu, conſervata. Poſteris feliciora opto tempora, ut hiſtoriæ naturali de meliori proſpiceretur, „& ſa„ne ſpem, quam *cum Rob. Boyle in præfat. ad Chemiſtam ſcepticum*, fo„vere hactenus auſim, firmiorem conciperem, de ſolide ſtabilienda philo„ſophia, ſi magis ſollicite homines diſtinguere inter ea vellent, quæ no„runt & ea, quæ ignorant, vel tantum opinantur; tum vero perſpicue

„ea

„ea explicare, quæ intelligere sese concipiunt, ingenue agnoscere quæ „ipsos latent, & ita candide profiteri suas dubitationes, ut ingenio valen„tium industria ad ulteriorem investigationem stimuletur, nec minus „perspicacium credulitati imponatur.„

Daß im Jahr 1729 im Monaht Januario, in Gegenwart des damahls lebenden Herrn Krieges-Rahts Otto von Lölhöffel, Herrn Stadtschreiber Kahlau, und meiner selbst, bey einer im Strand-Amte Roßitten gehaltenen Commißion, die Fischere von dem Dorffe Sarkau einen todten Storchen aus der Ost-See bey einem Fischzuge mit dem Garn heraus gezogen, derselbe aber nachhero, als er in die warme Stube gebracht, nach Verlauff einer Stunde lebendig geworden, und nicht nur die 8 bis 10 Tage unsres Daseyns, sondern auch, wie die Fischere es hernach sämbtlich ausgesaget und bekräfftiget, in solchen Umständen durch den nöhtigen Fras beym Leben erhalten; ingleichen mit den Schwalben dergleichen Casus, die die Fischere öffters gantze an einander hangende Pündel aufgezogen, sich auch vielfältig zugetragen, solches habe auf Verlangen hiemit glaubwürdig attestiren wollen. Balga den 10 Dec. 1746.

(L. S.) **Joh. Chr. Regh.**
Königl. Preuß. Amtmann.

Prædium *Rossitten* in Nehringa Curonum intra Habum & mare baticum situm est. Juvenis cum *parente* tum temporis consiliario rerum venaticarum temporibus aphrodisiacis cervorum inibi aliquoties constitutus casum similem a præfecto sylvarum *Schlichtio* relatum bene recordor. *Balga* haud procul a civitate elbingensi ad Habum recentem satrapia inter primarias est.

Arist. H. A. Lib. VIII.

Avium complures conduntur, non, ut aliqui putant, paucæ; nec omnes ad loca tepidiora abeunt, sed quibus loca ejusmodi sunt vicina solitæ sedi, iis secedere libet - quæ autem procul locis ejusmodi morantur, non mutant sedem, sed se ibidem condunt.

BREVIS HISTORIA NATVRALIS(†), SIVE DE VITAE GENERE MORIBVSQVE MVRIS ALPINI.

Beſtiæ ex Murium Gliriumve genere inter animalia induſtria numerantur. Nulli beſtiarum, nedum inſectorum multitudinibus ingenitam denegamus induſtriam, qua mores & ſtudia, pro vitæ ſuæ genere, ad conſervationem & progeniem adæquata; In quibusdam circumſcripta nobis videtur; uti juxta *Aranearum* tribum, ſive ex telis, ſtaminibus, retibus vel caſſiculis ſcientifice conſtructis, ſive ex latebris victum capientium; quædam philomuſos dixeris, ut admirandum animal Caſtorem (*), lignationis, hydrographiæ, aggerationis & architecturæ ſtudioſum; nonnulla pharmacevticam & geometricam artem edocta, ut Apes; rurſus alia in artibus mere liberalibus: petauriſtæ, ſerrarii, naviculatoris (**), nomina, profitentur ut Sciuri, ne dicamus de inſidiatoribus, prædatoribus, ut Baviis, & ſicariis, latrocinia & abactionem exercentibus, Vrso, Lvpo, Vvlpe, Mvstelis &c.; ſic nemo facile animalibus induſtriam, pro vitæ ſuæ genere, abjudicaturus.

(†) Cujus mentionem fecimus: de Avibus errat. §. XXIII.

(*) Conf. nat. quadr. hiſt. prodr. p. 19 - Hiſt de l'ac. des Scienc. 1737. p. 10; ibi: on ne trouve guére parmis les grands animaux, que les *Caſtors*, qui ayent une de ces induſtries ſinguliéres, & incomprehenſibles à l'eſprit humain.

(**) Tranſ. phil. angl. No. 427. p. 38.

Sed valde fallimur, fallimusque aliquando circa mores nonnullorum, quos ingenitæ induſtriæ ſuperaddimus, multoties cerebrinos. Errores nobis ipſi tribuamus, quod ſæpiſſime hiſtoriolas ex antiquitate ad nos transfuſas æqui bonique habemus, quæ tamen ad rectæ rationis examen revocatæ in fabulas abeunt.

Ecquis, emuncti naſi, cum *mundo ſymbolico* crederet, Leænam catulos edere inanimatos, rugitu matris vel patris animandos? Quis informem maſſam carneam ſive molam Urſæ, lambendo a matre in ſui ſimilem beſtiam efformandam? Quis Angues, quos aſtutia & malitia omnes beſti-

as

as antecellere dicimus, e cavernis narium Cervi ſpiritu evocandos, ut ſe devorari patiantur? Quis fide dignus teſtis centeſimum Cervi ſuperavit annum, quo hujus lacryma *ipſa* oſſibus ad oculi canthum accreverit ea duritie, qua cornu ſuperaret; Quis cum *Sophocle* lacrymas Gallo Pavonis vel Meleagridis verteret in ſuccinum (*)? & ſexcenta commenta reliqua.

(*) Conf. *Franc. Velez* Hiſt. de los animales p. 70: Sophocles entre los antiquos dixo, que el Succino era lagrimas congeladas de unas aves llamadas μελεαγρίδες de los Griegos, las quales ſon un genero de Gallinas de las Indias o Moriſcas.

Quod ad MVRES ALPINOS attinet: nomen habent a ſummis *Rhetiæ alpibus*, herbarum graminisque fertilibus, in quibus habitant; In *Sabaudia* audiunt MARMOTAE; in *Germania* Murmel-Thiere; in *Ukraina*, *Podolia*, in montibus *ſcepuſienſibus*, nec non in *Ruſſiæ* palatinatu ad pagos Podicemne & Zimnawoda, BOBAKI (*); ad montes vero *carpaticos* SWISZCZ, unde vallis *Swiſzcza* denominatur; *Gall.* Rats des Alpes.

(*) *Rzaczynski* in Auctario Hiſt. nat. Polon. p. 327; quod nondum publice proſtat.

Fele domeſtica corpulentiores ſunt; *juniores* rufi; *adulti* ſubfuſci coloris; *pilis* rigidiuſculis; *pedibus* brevioribus; *capite* contracto; *naſo* quaſi diviſo; *ore* felinis pilis ſtipato; *dentibus* Sciuri, vel potius fiberinis; *collo dorſo*que latis & obeſis; *auribus* decurtatis, quaſi mutilis, rotundis, *oculis* ſpecioſis, prominentibus; *cauda*, ad inſtar caudæ Muris avellani, quaſi compreſſa & piloſa, palmum cum dimidio longa; *digitis unguibusque* Sciuri æmulis, ſed fortioribus.

In *libertate* fructibus, herbis, gramine, radicibus, imo & inſectis vaginipennibus, ac locuſtis, veſcuntur; *cicurati* variis obſoniis, inprimis *lactearis* (*) delectantur; carnes, panem, fructus ſimilemque paſtum, ut Sciuri, anterioribus pedibus ori admoventes.

(*) Murmuratum edunt, dum morſu bibunt lac, unde Germanis, me judice: Murmel-Thiere.

Catulos ponunt tres vel quatuor; ab *autumno* in *verna* usque tempora, per familias juncti, in cavernis ad figuram literæ Yexcavatis, ſatis ample fornicatis, & bene obturatis, *alto ſomno* inter tantillum ſtraminum vel fœni ſepulti *quieſcunt*; Sole rurſus propitio *evigilant*, vigilantque clauſtra ſolventes, & ad egeſtionem fæcum, ad paſtum, & ad opera aphrodiſiaca exeuntes colludunt petulanter, uti ſolent Mures inprimis campeſtres, ſaltantes, & in arborum truncos ludibundi ſcandentes rurſusque in orbem ſe præci-

præcipitantes in humum; aliquando bipedes ingrediuntur; vocem catelli vel acutum fistulæ sonum edentes.

Tardissima ipsis est, per hyemem *sanguinis* circulatio; tardissimæ omnes sunt corporis secretiones; nulla interim seri vel lymphæ revectio, ut tandem sanguis omni pene sero orbetur (*). Omentum & vicina interanea admodum sunt obesa. Ruminantes non dixeris; ventriculum enim simplicem habent, membranosum, licet in libertate constituti herbivori sint; versus intestinum cœcum valvulas observaveris conniventes, annulares, & veluti in ramos protensos, prout & ingressus ilei inter duas tunicas annulares; ita, ut nullus prorsus concedi possit excrementis, pro egestione, ad intestina tenuia regressus, quorum tamen collectio per integram hyemem (qua dormiunt) fit, quæ amandantur ad cœcum, ibique ad vernum usque tempus perdurant.

(*) Trans. phil. angl. No. 397.

Hoc vitæ genus est; illi sunt mores, quos exploratos habemus *Murium alpinorum*, qui Bobaki vocantur. Quid per *Emptram* (Murem montanum) intelligant *Albertus* & *Agricola*, me latet; cum Mure autem norvagico, Lemmus, Leming, Lommer dicto, *Mures alpini* nihil commune habent; illos Wormius (*) in nubibus generari vult, exinde in Norvagiam deciduos, qui tamen & in Lapponia sunt frequentes.

(*) In *Museo suo* & in peculiari tractatu, cui titulus: Historia naturalis, quod in Norvagia quandoque e nubibus decidit &c. Hafniae 1653. 4. Conf. *Scheff. Lapp.* cap. 29. Hamb. Beytr. 1741. X St. *Linn.* act. Suec. & Fauna Suec.

Moribus *Marmotarum* superaddidit *Plinius* (sed notanter *ex relatione aliorum*) prorsus singularia: -- „Sed si pabulo ante in specus convecto, „cum *quidam narrent*, alternos marem ac fœminam supra se complexo „fasce herbæ supinos, cauda mordicus apprehensa, invicem detrahi in „specum, ideoque illo tempore detrito esse dorso.“ Hanc *narrationem* vertit *Agricola* in historiam Marmotæ naturalem: „Mira vero, inquit, eis „machinatio & solertia, cum fœnum jam congesserunt; unus enim humi „stratus erectis pedibus omnibus jacet in dorso, in quem, tanquam in plau„strum quoddam, cæteri ea, quæ congesserant, conjiciunt, & sic onustum, „cauda mordicus comprehensa, in specum trahunt, & quasi quodam mo„do invehunt.“ Cui *Gesnerus* non videtur assentire, *inquiens:* Eodem modo Castorem ligna advehere, & Taxos effossam terram pro domiciliis, donec satis ampla sint, vehere, apud recentiores legimus (*); *fides penes autores esto;* Facetiam quoque hominis industrii & fictum appellat *idem:* Solere hos Mures fœnum in dorso gestare, cauda per dorsum reducta & mor-

mordicus apprehensa (**) obfirmatum, pro fune scilicet, ut homines fœnum bajulant.

(*) Le *Pere Bougeant* Soc. J. Amusement philosophique sur le langage des bestes à Paris 1739. p. 70: „Les uns vont au bois, les autres à la terre glaise, que quelques-uns „sont chargés d'apporter *en se renversant*, comme on scait, *sur le dos* & faisant de „leur corps une espece de tombereau que les autres tirent jusques sur le lieu où il „faut l'employer- -." Notum potius testatumque facimus: Castores, *Xyloromos*, non per terram *Sarraco*, sed per flumina, inflixis in ligna ad littora caesa dentibus suis, lignationes pro palatiis advehere. *Rzaczynski* p. m. olim hac de re me conveniens responsum tulit: Noli figmenta comprobare. Fuit apud nos vir militaris, strenuus venator, qui omni animo, invocatis cunctis divis, nobis persuadere volebat, quod Vulpes terram in cryptis inversae caudae imponat, eamque retrograda extra antrum, außerhalb dem Bau, deponat. Sed fabula manet.

(**) Cum tamen Muribus alpinis sit caudae nimis curta supellex.

Miramur, doctissimum *Spon*, supra fatam narrationem ex animo pro vera venditasse historia: „Rats des Alpes faisant *provision l'Eté pour „l'hyver* du foin & d'autres herbes, qui leur sont necessaires, pour s'en „acquiter plus promptement, il y en a un, qui sert de Charette, se met„tant sur le dos les pattes en l'air & embrassant le foin, & un autre, qui sert „de Charrettier & le tire par le queue jusqu' à leur tanniere; ce qui est „cause, qu'on leur trouve ordinairement le dos tout pele (*).

(*) Idem est, quod de peno *formicarum* somniamus. Coeterum & foenum & herbae recentes in antris putredinem hyeme contraherent. Obesitas dorsi, petulantia & somniolentia raritatem pilorum in dorso Marmotis & feris & cicuratis conciliant. Nonne & alia quadrupedia (fere omnia pilosa) capillorum, illorum scilicet, qui bimatum absolverunt, defluvia patiuntur?

Magis miramur novissimam relationem *& post fata* magni nominis Cardinalis *Poliniaci:* Mures alpinos *bella inter se gerere, trucidare se invicem belligerantes, & victores victos secum ducere in servitutem, ad sustinenda servitia domestica & pro invehendis rebus ad victum necessariis* (*); mores ante a nemine observatos; quos si eminentissimus Purpuratus ipse, tanquam Phœbi sacerdos, suspectos non habuit, nobis imperaverit: obtinere jus belli & pacis inter bestias sui generis; cum tamen Cornix Cornici nunquam perfodit ocellum, nec lupus lupum est; Et quem in finem *mancipia* Marmotis pro victu colligendo necessaria? quod certo certius novimus, Mures alpinos vel per *octo menses* dormire, nullis obsoniis opus habentes, nec ullum mancipiorum negotium, quasi per tractatus d'Assiento, inter illos & alias bestias intercedere potest, nisi forte ipsis abute-

rentur, prout homines mancipiis auro ſolido comparatis jure utuntur ad fodiendam terram.

(*) In *Antilucretio* Lib. VI. verſu 185. ſeqq, Paris. 1747. 8.

(Baubaces patria dixerunt voce Poloni)
Vulpinum genus — —
— — de latebris & gramine certant
— In captivos dominorum provida miras
Sævitia exercet pœnas, mœſta agmina condunt
In foveis, coguntque omnes ſervire per annos,
Atque ubi tempeſtas bruma veniente rigeſcit,
Et complenda manet ſecto cellaria fœno:
Protinus ad meſſem ducunt ſervata ferendam
Mancipia, inverſisque ſolum premere atque ſupinis
Corporibus, tum crura jubent attollere ſurſum.
Quatuor erectis perſtent ut gramina palis,
Inde onerant caudaque trahunt animantia plauſtra,
Eraſaque vias miſerorum tergore verrunt.

Quicquid autem ſit juxta novellam hiſtoriam; juxta *antiquam fabulam* ridiculum audit: *Equis ad poſteriorem currus partem uti*, & inverſo ordine naturæ, contra naturalem pilorum & exuviarum diſpoſitionem, mordicus prehenſa, temonis loco, cauda animalis, idem animal quaſi maleficum & damnatum veluti ad currum vel traham religatum trahere, inque ipſa via vecturæ adferre obſtacula. Si pro lecto opus habent Mures fœno, ſufficit ejus parca collectio & transportatio vel ore vel pedibus anterioribus mediantibus, quod & bipedes ingredi poſſe beſtiolas diximus.

Sic eſt: Hiſtoria naturalis non bene digeſta abit in fabulam; præjudicia vero & nimia credulitas veritatem, etſi cominus ſatis cognitam, longiſſime aliquando propellunt; Quod in dies experimur.

VOCA-

VOCABVLARIVM M. SC. (*)

AN. CIRCITER 1420; EX BIBLIOTH. CARTHVSIAE IN PRVSSIA.

AVIVM.

TIT. DE AVIBVS.

Accipiter. Habich.
Accedula. Grasemücke.
Alauda. Lirche.
Alones. Meervogel.
Altilis. Huß-Him.
Amarallus. Goldammer.
Anas. Wasser-Hun oder Wasser-Ente.
Anser. Gancze.
Anota. Ente.
Anetarius. Entrich.
Aquila. Ar.
Ardea. Reger.
Attago. Barhun.
Auca. Gans.
Avificeps. Ysvogel.
Bubo. Hov.
Capo. Caphun.
Capus. Valpe.
Capula. Mel-Meyze.
Caromellus. Diestel-Vincke.
Corex. Czeisig.
Cicida. Holtzmeyze.
Cignus. Swan.
Olor. idem.
Ciconia. Storch.
Bis. idem.
Cornix. Kro.
Cronopodia. Storchschnabil.
Corvus. Rabe.
Corduellus. Steglicze.
Columbus. Tuwer.
Columba. Tuwe.
Contornix. Brochvogel.
Curricula. Wasserhun.
Egippia. Trappe.
Fasianus. Fasane.
Frandiola. Goldammer.
Fficedula. Grazemike.
Ffrigellus. Distelvincke.
Luscina. Nachtigal.
Gallinarius. Der Trappe.
Graculus. Der Star.
Gradipes. Stoz-Valcke.
Jaficus. idem.
Larris. Mußar.
Lucifuga. Die Oule, oder Nachtrabe.
Lucillus. Steyn-Vlack.
Lucunia. Bachstelcze.
Mergulus. Taucher.
Merops. Der Speicht.
Mullis. Haselhun.
Murops. Müsar.
Ocnus. Küchil.
Onocractelus. Rordrommel.
Orthigometor. Owirhun.
Palumbus. Wild Tuwer.
Parix. Meyse.
Pitacus. Sitlich.
Plicitus. idem.

Pitriſcolus, Kongelin.
Regulus, idem oder Stenge.
Porphorio, Yßler.
Quagama, Wachtil.
Rulica, Henfeling.
Sorubus, Hazilhun.
Speralus, Hagilgans.
Snupharius, Star oder Ditterich.
Spiſcetula, Waßer-Stelcze.
Tordola, Droſil.
Tordus, Brachvogil.
Vaglocus, Holtzkro.
Veſpertilio, Vledirmus.
Upupa, Wede-Huppe.
Vultur, Geyer.

(*) Conferantur ANIMANTIVM *nomina*, quæ ipſis poſuerunt Germani; ad finem libelli: Georgii Agricolæ de Animantibus ſubterraneis; 16 apud Froben. 1549.

PISCIVM

TIT. DE PISCIBVS ET PRENDACIONIBVS IN GENERE IPSORVM.

Anguilla, O'l.
Aculeta, O'ckeley.
Afforus, Sticheling.
Allota, Quappe.
Balena, Walviſch.
Paſura, Brehme.
Cancer, Krebiſ.
Contus, Stür.
Rumbus, idem.
Caſtor, Bebir.
Fiber, idem.
Calimpus, Karpe.
Caſſidulus,) idem.
Corillus)
Capito, Kulhaupt.
Cetus, Walviſch.
Cornupis, Hornviſch.
Delphin. Mer-Swyn.
Dorcus, Dorſ.
Eſaurus, Hufe.
Ypocus, idem.
Euca, Neunocke oder Lamprede.
Eſox, Lachſ.
Ffoca, Merkalp.
Ffundulus, Gründeleyn.
Glapidis, Wuntviſch.
Gracius, Creße.
Guba, Plocze.
Gubius, Stynt.
Lumbricus, Peiſker.
Lutor, Otter.
Murena, Moren.
Murenula, idem.
Mullus, Welß.
Oſtr. &c. idem.
Murex, Merviſch.
Platinus, Guſtir.
Perka, Perſke.
Polipus, Ockeley.
Rodda, Rotauge.
Rubecula, idem.
Ruſpupa, Halpviſch.
Saxatilis, Steynbiſ.
Salmo, Zalviſch.

Stagni-

Stagnilopus,) Met-Haze.
Stangnilopus,)
Smiulus, Smerle.
Spinga, Czerte oder Yeze.
Silerta, Sticheling.
Sublacus (aut Stamilus) Stogvisch.
Tenellus, Smerle.
Tenea, Sleye.
Tinca, idem.
Turonilla, Kulperske.
Trutta, Vorne.
Pactitia, idem.
Congros, gar groß Ol.

QVADRVPEDIVM.

TIT. DE QVADRVPEDIBVS.

Agnus, Lamp.
Agnellus, Lemechin.
Cingliculus, idem.
Aper, Ber.
Aries, Ster.
Asinus, Esel.
Asina, Eselynne.
Asellus, Eselin.
Balans, Schaff.
Bos, Barre oder Ochse.
Buculus, Ochselyn.
Bubalus, Wezint.
Camelus, Camil.
Capra, Czege.
Caprea, Czegin Geys.
Caper, Bog.
Capriolus, Reech.
Capricornus, Rebock oder Steynbog.
Cattus, Kacze.
Cattulus, Keczelin.
Cervus, Hirs.
Cerva, Hinde.
Corida, Hornlos.
Dama, Hamstir.
Dromidarius, Olpente.
Elephas, Elephant.
Edus, Czikelin.
Eglocerus, ein hornig Bog.
Ennos, Czege.
Ericius, Egil.
Ffoca, Merku.
Molus, Hermil.
Migale, idem.
Monoceron, Eynhorn.
Muriceps, Katir.
Muto, Schepcz.
Nefrendis, Spone-Verckil.
Omex, Ebir-Swyn.
Onager, Walt-Esil.
Ostrogamus, Clutis.
Porcellus, Verkelyn.
Spinx, Merkacze.
Syrena, Cobelle s. Mer-Wundir.
Scrofa, Zu.
Sus, Swyn.
Verrex, Ramil oder Ster.
Equus, Pfert.
Equa, Kobil.
Gaballus, Hengist.
Palofridus, Völe.
Dromeda, Wiltpferd.

VERMIVM.

TIT. DE VERMIBVS.

Acalabus, Heuschrecke.
Apis, Bene.
Construx, Wyzil.
Aspis, Slange.
Asilus, Wespe, Horle, Hymmil.
Accatus, Webil.
Basilicus, Lyntworm.
Bombex, ein Worm, der Seyde spint.
Bufo, Krote.
Brucus, Kever.
Candarides, Glymachin.
Cantardo, Laupvorsch.
Cerastes, Hornechte Slange.
Cicada, Heyme.
Cimex, Wancze.
Cinifes, Hundisflige.
Cinonica, idem.
Cistela, Waltmus.
Culex, Mucke.
Curtus, Schiltkrote.
Eruca, Rupe.
Erugo, Meltau.
Ferocella, Czwewaldir.
Formica, Omeyse.
Grillus, Heyme.
Glis, Ratte.
Idris, Waßer-Nattir.
Lacerta, Oudechse.
Lamia, Meer-Wunder in Juncvrauven gestalt.
Limbricus, Regenworm.
Limex, Sneke.
Licusta, Heuschrecke.
Lumbricus, Spulwurm.
Martua, Waßermus.
Onix, idem.
Mustela, Wesil.
Noctiluca, Glymechin.
Papilio, Czwevaldir.
Pediculus, Lus.
Pulex, Vloch.
Rubiter, Nißworm.
Scrabeus, Webil.
Scrabo, idem.
Sanguisuga, Eigel.
Sorex, Waßermus.
Talpa, Moltworf.
Terma, Made.
Teredo, Holczworm.
Turmus, Vleischmade.
Vipera, Notir.